

CL
1783

G 8332

RVDOLPHOTTOCARVS:

AVSTRIACA

TRAGOEDIA NOVA: RVDOLPHI I. HABSBV RGI
SECVLVM ET RES GESTAS
continens: adiunctis notis
historicis.

RVDOLPHIDOS

LIBER:

RES AVSTRIADVM A RVDOLPHO I. AD II. VSQVE
*nostrum: pictura Streinofreidekiana
subijciens.*

AVTORE

GEORGIO CALAMINO
Silesio,

1910 5 200
ANNO M. D. XCIV.



Ex
Biblioth. Regia
Berolinensi.

KÖNIGL. BIBLIOTHEK DER UNIVERSITÄT
HALLE a. S.
ABGEBEN
AN BIBLIOTHEK
BERLIN

KÖNIGL. BIBLIOTHEK DER UNIVERSITÄT
HALLE a. S.

D. RUDOLPHO II.

SACRATISSIMO ROMANORVM IMPERATORI,
Germaniæ, Hungariæ ac Bohemiæ Regi, Archiduci Austriæ, Principi Augusto, Pio, Felici, Patri Patriæ clementissimo:

S. P. D.

M. Georg. Calaminus Silesius.

Maxime Christiadum rector, sacrate Rudolphe:
Terra patens humili quem vocat ore Deum:
Excipe, sed clemens: quæ diue Tragœdia Caesar
Hûc noua: sed veterum Syrmate cincta venit.
Ottocarus violat periurus pacta Bohemus:
Agmen & in dominum grande rebellis agit.
Caesar tum contrâ bello rapit arma secundo:
Perfidus Austriacis rex cadit hostis agris:
Laurus & Habsburgâ manet ortum gente Rudolphum:
Numina qui seuit sanguinis illa tui.
Regia ab antiquis sed Francis semina ducens;
Extulit illustres facta per ampla notas.
Quæ breuis etatum reuoco dum gesta priorum:
Priscis atq; nouis eruo cuncta libris.
Maestas nec enim tragici fert sancta cothurni;
Fictis confundi vera, seuera iocis.
Nostrum si veteri se prodat imagine seclum:
Discimus, arcanis ludere fata modis.

) (2

*Qualibet Ottocaros etas & terra Rudolphis
Obijcit: ex regum sanguine, face virum.
At te sancte pater patrie, vis nulla, nec astus:
Numen iniqua tuum nec premat inuidia.
Iure velut dominum te mitem vesper adorat:
Sic tibi gens humiles tendit Eoa manus.
Alas subq, tuas redigi miser expetit orbis:
Et tibi semideum maxime, vota facit.
Pax cubet alma domi: Thracas foris ense fatiges:
Currus ante tuos vincit & hostis eat.
Pleno larga Dei foueat te gratia cornu:
Nec nisi cum mundo terminet imperium.*

LECTO.

LECTORI BENE
VOLO GEORGIUS
CALAMINVS

S. P. D.



N tibi, lector humanissime, Rudolphottócarum: cuius scopū ex prooemio facile licuit p̄spicere. Libet tamē hīc lucis causa paucis fontem huius aperire historiae. Austriam olim à Marchionibus Babenbergensium Sueuicorum comitum, seu ducum potiùs sanguine ortis, annos ducentos triginta tres fuisse gubernatam, constat: donec Henricus eius generis octauus, asserta sibi Bauiariae parte; quæ nunc Superior est Austria; anno post mille centesimo sexagesimo primo dux à Friderico Barbarossa crearetur. Vbi verò Fridericus bellicosus, dux Austriae quintus & ex ea gente vltimus anno M. C. C. XLVI. Hungarico bello perit: Austria nullum heredem masculum neque ex Friderico; neque ex

) (3

fratre eius Henrico Medlingensi duci-
bus habens; armis vndique petitur, ac
miserè discerpitur. Atque tum Ottoca-
rus Bohemiæ rex Hungaro, Carintho,
& Bauaro competitoribus celerior, eie-
cta Gertrude Henrici filia, & Margareta
ducum sorore sibi iuncta, se fraudulen-
ter Austriæ ac Styriæ ad Austriam iam
pertinenti, dominum intrudit. Carin-
thia insuper cum adiunctis ei terris em-
pta, regiones hæc sine imperij permis-
su tenet. Vbi Bohemus itaq; Austriam
ac Styriam annos xxv immaniter pre-
mit: & Rudolpho illi Habsburgo Cæsa-
ri, bona imperio adempta repetenti,
contumaciter rebellat: tandem secun-
do Rudolphi bello Austriaco cæditur.
Qui tragicus Ottocari diuinitus puniti
interitus, hîc proponitur. Hoc tamen
sub argumento non Styriæ solùm, Ca-
rinthiæ, & Austriæ præcipuè, iam tum
Archiducatus, varias clades: sed afflictũ
etiam illo seculo totius imperij statum
aperit: ac interregni præsertim diuturni
motus bellicos & miseras à Friderico
imperatore I I, ad Rudolphum usque
oculis

oculis subijcit. Regium prætereà comi-
tum Habsburgicorum ab Aufrasiæ re-
gulis ortum: horum autem à priscis illis
Franciæ regibus propaginem: & Otto-
cari genus à Primislao descendens re-
cenfet. Bella etiam Bohemis loci natu-
ra munitis funesta: & varia tam in orien-
te, quàm occidente gesta, perstringit.
Inprimis autē egregia Rudolphi & Ot-
tocari pariter facinora, ad annum vsque
Christi M. C C. LXXIIIX tum currētem, ex-
primit. Parta igitur de Ottocaro victo-
ria, comitum Habsburgensium domus,
ex Austria occidua vel Aufrasia proue-
niens, diuinitus in Orientis Austriam
transfertur: & dignitatibus ac opibus
adeò potens euadit: ut augustissimas to-
tius orbis familias longo post se inter-
uallo relinquat. Vt verò Tragœdia res
singulares ad Rudolphum vsq; primum
gestas adducit: ita sequens Rudolphi-
dos liber cùm alia; tum præcipuè de-
cem imperatorum Austriaca domo fa-
torum, insignia facta ad hunc vsque Ru-
dolphum secundum, principem nostrū
clementissimum, breuissimè legēti de-

notat. Ipsa verò Freidekiana pictura, unde liber hic prodijt; illustris viri & vndiquaq; literatissimi Richardi Streinij Baronis Schvartzzenauij, &c. ingenio efficta, spectatori historiarum nō ignaro, singula præclarè gesta summa cum oblectatione proponit. Finis mei laboris alius non est: quàm ob concessos imperio, tot Austriacæ gentis Heroas, diuinæ gratiæ laus ac celebratio. Ob id, hunc etiam in modū fuit instituta huius scripti tractatio: vt adolescentes illustri loco nati, ac fidei meæ commissi, scenicis etiam spectaculis ad historiarum lectionem præ cæteris sibi necessariam, incendantur. Et cum turpe sit, patriam alicui suam esse ignotam: quemlibet ad Austriæ suæ; imò Germaniæ totius, patriæ nostræ dulcissimæ res ante omnia perquirendas, adduci conuenit. Perspecta deniq; domus Austriacæ maiestate; singuli hanc deuenerentur, suspiciant, ac pro viribus ei piè seruire enitantur. Vnum est, quod adiiciendum censeo: quemadmodum aliàs: ita & hinc Germanica familiarum insignium nomina, mis
hi ad

hi ad Græci vel Latini sermonis formã
emolliendi saltem studium; planè verò
permutandi, religionem fuisse. Neque
enim Italis etiam acutioribus; neque
Germanis nostris sublimi loco natis,
probari nouimus; quòd Iouium illum
vel Sigonium legendo, suas familias
in corruptis ac peruersis harum nomi-
nibus vix agnoscant. Et cū Regensburg
& Regensberg: Habsburg & Abens-
berg: Hachberg & Hohenberg differant;
qualia in Tragœdia etiam hac nonnun-
quam occurrunt; ratio scriptionis accu-
rata est habenda. Cætera, lector bene-
uole, iudicij tui dexteritati & æquitati
relinquo. Vale; & mihi te obseruanti fa-
uere perge. Lyncij ex prouinciali

Procerum illustrium Gymna-
sio, Calendis Maij Anno

1 5 9 4.

AVTORES, QVIBVS IN
hac Tragœdia nitimur.

- A**lbertus Argentinensis.
Albertus Krantzius.
Petri Albani Misnia.
Paulus AEmylius.
AElianus.
AEneæ Syluij Bohemia.
Ioannes Auentinus.
Richardus Bartholinus Pe-
rusinus poeta.
Benedictinæ religionis mo-
nachus.
Antonius Bonfinius.
Martinus Boregk. (aco.
Caspar Bruschius de Laure
Idem de Germaniæ
monasterijs.
Pauli Callimachi Attila.
Dominicanorū Colmarien-
sium fasti & chronicon.
Ioannis Cratonis procœmiū
in Dubrauium.
Martinus Cromerus.
Ioachimi Curæi annales Si-
lesiaci.
Ioannis Cuspiniani Cæsares.
Eiusdem Austria.
Matthæi Dresseri Millena-
rij historici.
Ioannes Dubrauius.
Eginhartus.

- Ioannes Baptista Egnatius.
Michaelis Eyzingeri The-
saurus principum. (gia.
Ioannis Funccij Chronolo-
Gerardus de Roo.
Nicephorus Gregoras.
Dionysius Halicarnassæus.
Hardeuuigus à Dassel.
Ioannis Haugij Vngaria.
Herodotus.
Thomæ Iordani notæ in
Dubrauium
Iustinus.
Paulus Langius.
VWolfgang. Lazius de mi-
grationibus gentium.
Eiusdem genealogia Aus-
striaca.
Eiusdem libri de rebus
Viennensibus.
Eiusdē libellus ad map-
pam Hungaricā per-
tinens.
Ioannes Leuuenclau.
Ligurinus poeta.
Titus Liuius.
Ioach. Meisterus cognomē
to Görlicius poëta.
Sebast. Munsteri Cosmo-
graphia.

Huldri

Huldricus Mutius.
Ioannes Nauclerus.
Hermannus comes Nuenari-
us.
Otho Frisingensis.
Nicolai Olahi Attila.
Monachus Paduanus.
Matthæus Palmerius.
Chronicon Carionis vel Phi-
lippi.
Beatus Rhenanus de rebus
Germanicis.
Nicolai Reusneri poëtæ Cæsa-
res.
Eliæ Reusneri opus genealo-
gicon.

Samuel Propheta.
Siffridus Presbyter.
Cipriani Spangenbergij histo-
ria Saxonica.
Iacobus Spigellius.
Ioannes Stumpfius.
Franciscus Tertius Bergomas.
Ioannes Trithemius.
Ioach. Vadianus.
Abbas Urspergensis.
Paralipomena ad Ursper-
gensem.
Christiani Vrstisij Chronicon
Basilense.
Ioannes Zonaras.

Manu scripti.

Chronicon Austriæ Latinum.
Chronicon Austriæ Germani-
cum.
Chronicon Salisburgense Ger-
manicum.
Additiones ad Cosmam Pra-
gensem.
Chronicon Othonis ac Petri
Abbatum Aulæ Regiæ la-
tinum.

Io. Thomæ Ebendorfij ab Ha-
selbach chronicon Austriæ
latinum.
Ladislai Suntheimi fasti Ger-
manici.
Christophori Iordani Chro-
nicon Salisburgense Ger-
manicum.
Streiniacæ bibliothecæ diplo-
mata.

Epigram.

Epigramma

PRO RVDOLPHOTTO CARO
Georgij Calamini.

AD SACRATISSIMUM
ROMANORVM CAESAREM D.
RVDOLPHVM II. AVGVSTVM,
FELICEM ET INCLYTVM.

A *Vstriacæ gentis claros ab origine prisca
Dicere natales, simpliciore fide:
Dicere progressus atq; incrementa per annos
Auspicijs multos capta subinde bonis:
Tempore seu pacis seu belli illustria facta
Texere; non vni sedula cura fuit.
Sed quoq; non vnus tacuit dicenda: vel ipsam
Quòd rem nescierit, noluerit ùe loqui.
Noster at hic vates, diuino percitus œstro,
In medium profert plurima, tecta priùs.
Vera canit, gentemq; tuam, ter maxime Cæsar,
Ex merito celebrans lucida ad astra vehit.
Liuor abi, Austriacâ, veniens Sol atq; recedens
Clarius haud quicquam vidit in orbe, domo.*

Hieronimus Arconatus Leorinus
Sac. Cæs. Maiest. à Secretis bel-
licis Pragæ faciebat. xx. Ian.
Anno. 94.

ARGUMENTVM

Tragoediae.

Quintus Bohemi rector Ottocarus soli,
Datam Rudolpho rumpit Habsburgo fidem,
Lingua & proteruae victus ira coniugis:
Expellit aula pacis autores: nouam
Affinitatem scindit: adi mancipat
Natam sacratae: priuet hanc vt nuptijs.
Styri, Carinthi, & repetit agros Austriae:
Irrumpit armis: hanc & euastat furens.
Acie secundo Caesar Austriadas leuat.
Anceps & atrox pugna conseritur manu.
Vincit Rudolphus: bis Bohemus millia
Septena perdit: ipse & Ottocarus cadens
Supplicia letho iusta perfidiae luit.

PERSONAE.

PERSONAE.

Ottocarus	<i>Bohemiae rex.</i>
Cunigundis	<i>Regina.</i>
Agnes	<i>Ottocari filia.</i>
Nutrix	
Bocho Rosenber- gius	<i>Austriae superioris paulò ante bellum praeses.</i>
Andreas Ricianus	<i>Regiae Camerae magister.</i>
Bernhardus	<i>Seccanij praesul in Styria.</i>
Rudolphus	<i>Imperator.</i>
Ladislaus	<i>Hungariae rex.</i>
Fridericus	<i>Burggravius Norembergicus.</i>
Henricus Lichten- steinius	<i>Austriae baro.</i>
Otto Haslouius	<i>Austriae vexillifer.</i>
Nuncius.	
Chorus virorum Austriacorum.	

RVDOLPH-

RVDOLPHOTOCARVS
AVSTRIACA TRA-
GOEDIA GEORGIO CA-
LAMINO SILESIO
AVTORE.

ACTVS PRIMVS.

Proœmium.

H A S L O V I V S.

A R G. Totius imperij sub interregno diuturno
miseria, sublato Friderico 11 Cæsare. Austriae sta-
tus muliebri sub regno funestus, Cæso Friderico
duce ultimo. Ottocari Bohemi Austriam ac Sty-
riam occupantis fraus ac tyrannis. Bella Rudol-
phi Cæsaris duo, Austriam & alia imperio requi-
rentis.

Q V E M *dira tandem sors malis statuet modum:*
Q O *magne Diuûm rector, atq; hominum pater?*
Nondum rapinis, totue sat bellis datum?
Nec pax furorem iusta componet solo?
Iam fessus annos supero centum: ¹ tam graui
Haslouius ævo sed quid hoc uidi miser
Ego aliud: orbis quàm fatiscientis minas?
Namq; Fridericum mors ut imperio eripit: ²
Hoc qui secundus rexit orbem nomine:
Nec numero habentur proximi sex Cæsarum: ³
Vis ac libido cuncta miscent principum ⁴

A

RUDOLPHOTTOCARVO

Furij: nec audet quis domo tuto egredi:
 Et cuncta fiunt ui sub interregibus:
 Quas post Rudolphus Marte clades excidit.⁵
 Ut alia mittam; quis satis fleat Austriam?
 Dux prolis expers ultimis nos ut nece
 Fridericus orbat: Margaritis terram soror;⁶
 Henrico & unâ fratre Gertrudis sat a
 Sectam gubernant:⁷ patria Gertrudis bona
 Friderici amœnos fratris agros Margaritis.
 Exposita uarijs cuncta sunt pradis⁸ tamen:
 Imperia raro ut tuta sunt muliebria.
 Mox ergo proceres lite scinduntur⁹ duas
 In factiones: quem legant patriæ ducem:
 In nos & ipsi concitamus principes.
 Tum Bela nostros Hunnus, atrox bellua:¹⁰
 Finesq; Styri¹¹ uastat: affines Otho¹²
 Ludouico at oras filio Boius premit.
 Hoc & tumultu Lyncium terræ caput;
 Et Styra, & Anasum & plura se dedunt loca.¹³
 Vlricus Agnæ sed Carinthus coniugi
 Nos poscit:¹⁴ heres nata quæ sit Austria
 Gertrude; Bada patre Marchiade sat a:
 Fractus sed armis captus & spe decidit.
 Nam parte ab alia se Bohemus Austria¹⁵
 Ottocarus infert: terra auita filiam
 Excludit Agnen: pulsa¹⁶ sed mater solo
 Gertrudis aruis moritur exul Misnicis.
 Ottocarus astu dispares hinc nuptias¹⁷
 Cum Margareta pangit annis iam graui:

Coniunx

AVSTRIACA TRAGOEDIA

Coniunx ut exul Caesar Henricus perit. ¹⁸
 Dominandi amore & sit potitus Styria,
 Ac gente nostra: quinq; ¹⁹ nos lustris premit.
 Placide petitas, postulas post minis
 Terras proteruus seruat imperio sacras: ²⁰
 Ac ter vocatus iussa ridet contumax. ²¹
 Ergo Rudolphus nos petens mundi arbiter
 Possessa longum ui, reposcit ui bona. ²²
 His regem ademptis supplicem precariò
 Placatus audit: iusq; iurandum excipit:
 Et pace bellum mutua componitur. ²³
 Vix luna sextum ²⁴ complet orbem: cum fidem
 Rumpit Bohemus: nos furens ac sub iugum
 Prædo requirit; peste uix se liberos.
 Quem gentis armat dira nostræ factio:
 Regni cupido, fastus, anima vxoria:
 Et nupta regno, regi & ipsi pestilens.
 Trepidamus ergo præ metu: ne patriam;
 Dulcissimam ne patriam furor opprimat.
 Inuicta bello sed Rudolphi dextera
 Spem reuocat animis: nos & auxilio leuans
 Huc properat heros. Luce & hac uel crastinâ
 Cum surget Eos: classe uectas ac solo
 Ductas ad Istrum sistet hoc acies agro:
 Amnis vetustum Marcha ²⁵ cui nomen facit:
 Et gratulanti reddet animos Austria.
 Grauiora longè Martis ergo fulmina
 Iam metuat hostis. Non enim periuria,
 Cædes, rapinas, atq; contemptum sui

RUDOLPHOTOCARVS

Patietur istum Caesar; ut longum tulit:
 Clemens ut aliàs hic sit & placabilis.
 Supplicia bella forsàn Ottocarus luat
 Promerita: fortes nec Bohemos post suos
 Vnquam reuisat: & animam hoc efflet solo.
 Tu rex Olympi iuste magnos suffice
 Animos in hostem: Dux Rudolpho & sis manus:
 Latumq; bello patriæ hoc des exitum.

A D L E C T O R E M.

Monitus sit lector beneuolus: cum eadem eorundem historicorum loca sa-
 pius recurrant: breuitatis causa plerunque solum nominari scriptorem,
 loco non expresso: qui uel primo statim actu innotescet. Perspicuitatis
 tamen causa sic ego hoc explico. Si solus ponitur Auentinus: liber eius
 septimus intelligitur: ubi de Rudolpho & Ottocaro agitur. Sic Aeneæ
 Syluij Bohemia cap. 27. Bonfinij liber 8. decad. 2. Borregki & Curæi pars
 prior. Cromeri lib. 9. Lazij genealogia Austriaca. Munsteri lib. 3. c. 19.
 Mutij lib. 21. Nacleri uolumen secundum & generatio præcipue 43.
 Philippi lib. 5. Ursisij lib. 2. cap. ultimum, & lib. 3. cap. 1. Haselbachij
 deniq; liber tertius citatur: si solus autor nominatur. De reliquis admo-
 nitione non opus esse duco: cum loca præsertim plerunq; subiiciantur.

Centum 1. Annum hunc superasse iam ætate cente-
 simum, Chronicon Austriæ Germanicū manuscriptum
 testatur. Haselbachius lib. 3. Io. Leuuenclau in præfatione
 ad P. Lichtensteinios peculiari rerum Turcicarum descri-
 ptioni præfixa. Locis iisdem hic Otho nominatur: & in
 Cuspiniani Austria. Laziustamen Conradum uocat in
 Austriaca genealogia. Dicta fuit hæc familia die **Has-
 lauer.** 2. Cuspinianus in Austria suæ Friderico. Chro-
 nicon Germ. ma. scr. 3. Cuspiniani Cæsares. Chroni-
 con Carionis lib. 5. Dresseri Millenarius VI. Ad abba.
 Ursbergensem paralipomena. 4. Cuspinianus in Au-
 striæ suæ Friderico II duce. Iordani Chronicon Salisbur-
 gense, Philippus lib. 5. 5. Cuspinianus in Rudolpho.
Pauli

AVSTRIACA TRAGŌEDIA.

Pauli Langij Chronicon Citizense. Mutius lib. 21. Auentinus lib. 7. Albertus Argentinensis. Chronici Colmariensis pars secunda. Gerardus de Roo lib. 1. 6. Margaretam hanc Friderici fuisse sororem, Cuspinianus, Lazius, Cranzius lib. 7 Vuandalia, & alij certò statuunt. Martinus Boreg autem, Dubrauium secutus, Henrico Friderici fratre fuisse natam refert. 7. Scriptum Chronicon Germ. quod Gertrudem patris Henrici loco Medlingam tenuisse: Margaretam uerò Hainburgi sedisse asserit. Aliquid hac de re apud Cuspinianum in ultimo Austriae duce, & apud Haselbachium legitur. 8. Cuspiniani Austria in ultimo duce. Germ. liber scriptus. Haselbachius lib. 2. ex Auentino etiam Austriae miseria colligitur. 9. Haselbachius lib. 2. Germ. liber scriptus. Cuspiniani Austria in ultimo duce. 10. Cuspinianus & Haselbachius ibidem: qui, hunc ob seuitiam belluam fuisse dictum, scribunt. 11. Cuspinianus ibidem. Philip. lib. 5. Auentinus lib. 7. 12. Auentinus. Cuspiniani Cæsares in Rudolpho. Idem in Austria de duce ultimo. Philippus lib. 5. 13. Philippus ibidem. Auentinus. Vide primam huius actus scenam numero 14. 14. Dubrauius lib. 16. Lazius tamen lib. 6. migrationum, dicit, factum hoc esse uiuo adhuc Friderico Austriae duce Gertrudis patruo: ex qua Henrici ante Fridericum defuncti filiâ Agnes, Vlrici Carinthiae ducis uxor, patre Hermanno Marchione Badenensi fuit suscepta. Vnde tanquã hæres Austriam affectabat Vlricus. 15. Chronicon Germ. scriptum. Cuspiniani Austria. Dubrauius lib. 16. Auentinus. Philip. lib. 5. Cromerus lib. 9. Vrstifius lib. 3. 16. Germ. liber scriptus. Haselbachius lib. 2. Cuspiniani Austria in ultimo duce. 17. Omnes scriptores nota 15 nominati, Haselbachius lib. 2. Hardeuugus à Dassel. 18. Cuspinianus in Henrico v 1, & plurimi alij. 19. Ottocarus enim Au.

RVDOLPHOTOCARVS.

Austriam anno 1253 regendam accepit, iuxta libros scriptos & Cuspiniani Austriam. Bellum autem Rudolphi secundum fuit anno 1578; ut circa Tragœdiæ finem notabimus. Munsterus lib. 3. cap. 18. ponit annos 24. Nauclerus 26. Philippus 21. 20. Mutius lib. 21. Philip. lib. 5. Cromerus lib. 9. Otho abbas Aulæ regiæ lib. 1. cap. 7. 21. Locis iisdem. Auentinus, Paralipomena ad Urspergensem. 22. Locis iisdem omnibus. Nauclerus uolumine secundo generatione 43. Cuspiniani Rudolphus, Paralipomena ad Ursper. Vrstifius lib. 3 cap. 1. 23. Dubrauius lib. 17. Aeneas Syluius capite 27. Bohemiæ. Bonfinius lib. 8. decad. 2. Chroni. Lat. scriptum. Vrstifius lib. 3. cap. 1. Jordanus. Additiones ad Cosmam Pragensem. Otho abbas Aulæ Regiæ lib. 1. cap. 7. 24. Lazius in Austria, & lib. 3. Viennæ dicit; non anni spatio pacem durasse; ad Ottocari scilicet interitum. Pacificatio iuxta Gerardum incidit in anni 1577 diem Elisabethæ sacrum. Anni uerò sequentis primo statim uere populatus est Austriam Ottocarus. Pax igitur ultra sex menses non perstitit. Sed Dominicanorum Colmariensium fasti prius bellum in annum 1576 reijciunt; ut & in parte Chronici secunda. Idem Siffridus & Vrstifius faciunt.

25. Belli secundi locus **Marchfeld** erat.

Vide 1 notam, ultima tragœdiæ scena.

ROSEN-

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

I

ROSENBERGIVS.

HASLOVIVS.

ARG. Austriae proceres Ottocarum fouentes: Cæsari fidem seruantes. Ottocari uis hæredibus exclusis Austriam & Styriam premētis. nuptiæ cum Margareta Austriaca: adulteria: nothi: diuortium: sceleratæ nuptiæ. Accusati regis contumacia. Rudolphi bellum: pacificatio: affinitas mutua: Ottocari iuramentum. Dominandi libido, emptæ Carinthia cum ei coniunctis. Aliquæ regis uirtutes.

RO. **N**ondum proteruos ponis animos? nil mouent
Promissa regis te mei? quàm Cæsaris,
Diu fouebis factionem pertinax?

HAS. Cana hæc senectus quàm diu; gens aut mea
Vexilla¹ gestet Austria, ac spiret modò.

RO. Duo te potentes nil mouent Curringidæ:²
Henricus & uir mente Leütoldus graui?
Conspicua refugis patriæ tot lumina?

HAS. Quid? flamma³ Cremesum uastet, ac Stai-
nam mea?

Aliena rapiam? uocer & in dominum impius?

Curringa meruit quæ Friderico gens duce.

Quin præses huius me soli Meyssauides:⁴

Camera magister deinde Perchtolsdorffides:

Henricus alta mente Lichtensteinides:⁵

Dapifer & Emmerbergus exemplis monent

Meliora: patriam hoc à iugo dum vindicant.

RO. Flecti huc & illuc haud uiri in sene turpius.

RVDOLPHOTOCARVS

H A S. *Iurata constans dicta ob id colo Cæsari.*
Prius orbita uel Phœbus excurrat stata:
Propositum honestus quàm uir immutet semel.

R O. *Iurasse, ⁶ nescis uos an Ottocaro prius?*

H A S. *Iuratus alij non fide nos solueret?*

R O. *Sic merita regis pensitatis perfidi?*
Reputate grati sola patriæ præstita:
Huic dum Rosinus ⁷ præsiderem Lyncij.

H A S. *Imò nefandas tureuolue iniurias.*
Expende, Styros & quot Austriadas furor ⁸
Maclârit annis innocentes pluribus.
Supplicia iusti nulla Merrenbergidæ ⁹
Delebit ætas: ceu latronem raptum equis
Quem triste ferrum impegit, at pedibus, cruci:
Ob uim querentis iure & immanem caput
Post aliquot actos pila fregerunt dies:
Sifridus & uix est humo insons conditus.
Hinc ob nefandas Styra gens iniurias:
Et cum Carinthis nos sacro septemuirum
Coram senatu auxilia questi poscimus. ¹⁰
Carni Philippus dicta fert frater ducis;
Gesoduni agit qui præsulem: Styri ensifer
Fridericus ortu se ferens Pettauium:
Bernhardus agris hisce Vuolfgersdorfides:
Vlricus illis gente Vichouia & comes.
Latum reportant nuncium Augusta domum.
Suasu Quiritum mox ad Ottocarum duces
Legat ¹¹ Rudolphus: repetit imperio sua:
Dictis coërcet regis ac tyrannidem.

Cono

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Contemptus armis Caesar hinc hostem petit:

Et contumacem subdit imperio virum. ¹²

RO. Non obsides vos atq₃ Styri filios ¹³

Regi dedistis sancta fidei pignora?

Cur Lyncium ergo, VVelsa, Laureacum; & loca ¹⁴

Se plura primo læta conspectu statim

Dedunt Rudolpho? cur Vienna huic plus fauet? ¹⁵

HAS. Non iustiori iure se submitteret?

Friderico aperuit sic secundo mœnia: ¹⁶

Domino rebeli exuta, & imperio addita:

Reparata bello sed duci mox impigro.

Ottocarus an non ipse Cambergæ insula ¹⁷

Positis sedenti iurat armis Casari?

Affinitate ac iura confirmat sacra: ¹⁸

Supplex sub amplo factus huic tentorio? ¹⁹

RO. At blandiendo, & fraude pellectus mera.

HAS. Tu pacta sanctis ²⁰ tot viris fraudem voces?

Vtriq₃ cuncti nonne parti consulunt?

Mystes Iuuauij ²¹ nempe cum Frisingio:

Præsul Viennam iam tuens Olomuntius

Bruno: sacerdos thus litans Moguntia:

Thus Rauracorum Henricus Augusta cremans.

Gener hinc Rudolphi Boius ad Rhenum potens

Ludouicus: vrbis Noricæ primus comes

Fridericus, ²² ortu Zolrius: vallem tenens ²³

Meynhardus Oeni: Albertus ac Hoëlloides. ²⁴

Ottocarus omnes fraudat hos cur perfidus?

Cur fallit Hunni dexteram, ²⁵ ac puerum vocat?

Tutorem & infert arrogans se puberi?

RVDOLPHOTOCARVS

- RO. In genua Caesar cur volutum copijs
 Monstrat tuendum? vela dum praetorij²⁶
 Dolosa in omnes acta partes corruunt:
 Furor vnde nostris, risus alijs nascitur.
- HAS. Cur insolentem puduit ad domini pedes
 Obsequia caelo polliceri libero?
- RO. Et tria reseruat: bina saltem supplici
 Vexilla reddit, ²⁷ signa regionum sacra.
- HAS. Notat hoc; Quiritum iure quod sint singula.
 Solùm Bohemos ac Morauos gratia
 Confert precanti Caesar: Ausonidis genu
 Et Styris & nos cum Carinthis flectimus.
- RO. Hunc spoliet illis, parta quae sunt nuptijs?
- HAS. Cùm gente nostra nuptiae, tum Styria
 Priuent Quirites: peperit astus quae viro?
- RO. Fraudemne socij iura lecti nuncupas?
- HAS. Vensoleus astu nonne legatos tenet, ²⁸
 Missos vocatum Misnia nobis ducem?
 Vbi namq; nostros excipit conuiuio:
 Post vina precibus mixta, iussis ac m'inas;
 Praga hos remittit postulantes filio
 Committi habenas: nostra cui Cunringidae
 Consilia produnt: ²⁹ Lis secat nos hinc noua: ³⁰
 Celer ac Vienna ³¹ potitur Ottecarus suae
 Visactionis: ducta & annis obsita ³²
 Se Margareta intrudit heres Austria.
- RO. Mora queis noceret: cursus hos regno locat.
- HAS. Properare iuste est prouidi: sed improbi,
 Arcere dominos: seq; solio ponere.

Quos

AVSTRIACA TRAGOEDIA

- RO. Quos iure monstres? fratre Medlingus duce.
Henricus ³³ an non vltimo occubuit prior?
- HAS. Fridericum an huius tu nepotem ³⁴ dimoues:
Gertrude natum, Bada & Hermanno satum?
- RO. Puer hoc teneret frana Marchiades solo?
Siculus sed illum Carolus iam puberem:
Conradum & vnâ capite truncatum ducem
Sueui supremum, stirpe Parthenopæ excidit.
- HAS. Quid si nefandam suavit Ottocarus necem? ³⁵
Sed esto, fratres patria perdiderit duces:
Sorore natos reijcis an Constantia, ³⁶
Henrico & ortos; iura qui dat Misnia?
Theodricus an non, hoc vel Albertus solo
Regeret: Bohemi exclusus esset ni dolo?
- RO. Proximior heres sed fuit matertera.
- HAS. Sibi vendicaret Margareta rex bona?
Infanda passæ cui prius plura addidit?
Nam misera quondam fraude pontificis virum
Patri rebellem sequitur exul: Casaris ³⁷
Et nupta lethum deflet Henrici pia.
Eadem gemellos fata post patris gemens ³⁸
Fridericum acerbè & plangit Henricum parens:
Leuir cicuta quando Mansfredus nothus
AEui innocentes messe bis sexta necat:
Metuat Sicanis eijci quòd finibus. ³⁹
Fridericus isto parricidâ sic pater ⁴⁰
Miserè ora pressus tecta puluino occidit.
Septem Bohemo hinc seruit annos Margaris ⁴¹
Mille ob senectam & probra sterilem sustinet. ⁴²

Nam

RVDOLPHOTOCARVS

Nam sexu adulter prolem vtroq₃ concipit ⁴³

Austriade mœcha: cumq₃ Massouij ducis ⁴⁴

Cunigunde nata, nepte Bele fœmina

Plus, quàm superba fœda inuit connubia.

Abiecta turpi nupta sed diuortio ⁴⁵

Agit exul: annis sex & actis impio

Cremeri veneno ⁴⁶ coniugis miserè occidit:

Matrona quot vix vlla casus pertulit.

RO. Non nepte ⁴⁷ sanctæ Elisabes dux vltimus

Gertrude pulsa, filia Brunsuigida;

Non vester, inquam, dux perosus nuptias

Steriles Morauinata Othonis se iugat?

Paria & secundo creta Friderico tulit

Cæsare; Turingi Margaritæ ⁴⁸ consors ducis:

Elapsa machi nuper Alberti manu.

Hæc mœsta natis vltimum dicens vale;

Fridericum amoris mordet affectu p̄ij

Genâ prehensum: vulnus ac fletu rigat:

Noctu fenestra emissa & Isenacho fugit:

Ad Rhenum & exul misera Francfurti occubat.

Cunigunde adulter sed torum Isenbergide

Temerans vtrunq₃ iniuria natum premit.

HAS. Purgare nulli crimen exemplis licet:

Virtute culpam corrigi potius decet.

RO. Contrà virorum, est facinus audax, principum

Taxare mores: magna magnificis licent.

HAS. Quò maior est, qui peccat: hoc hominis scelus

Est grauius: omnes citius ac volat in plagas.

Speculum suorum, & norma sint populi duces.

Multis

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- RO. *Multis profectò rex bonis animi enitet.* ⁴⁹
- HAS. *Sed crimina vnam plura virtutem premunt.
Et sepelit omnes grande virtutes scelus.*
- RO. *Perspecta cunctis est in Ottocaro satis
Pietas, honestas, acre iudicium, rei
Ardor gerenda, fortitudo, pectoris
Grauitas, in armis robur, ac felicitas:
Cum liberali humanitas & dextera.*
- HAS. *Esto: sed omnes solvt astrorum micans
Obscurat ignes: sic Bohemi gloriam
Laudes Rudolphi & facta opacant ardua.* ⁵⁰
*Cor adhac opertus prouidum Ottocari dolus:
Humanitatem fastus, & clementiam
Superat tyrannis: liberalem sed manum
Cupido habendi, ac dira dominandi fames.*
- RO. *Vbi ardor ille est, imperandi vel sitis?*
- HAS. *Contenta nullis, plura quæ regna attrahit.*
- RO. *Non Italarum spontè flexit pars genu? ⁵¹
Non cum riuoso peruenusta Feltrio
Verona? celsum non situ Taruisium?
Non totum Iuli propè Forum per nuncios
Fidei tuendum regia se subdidit?*
- HAS. *An & Carinthe, cum Liburnia Illyris?
Naónis vltro Portus aut se subdidit?*
- RO. *Vlricus auro vendidit sed auunculo; ⁵²
Dux prole cassus, regna tædio & abdicans.*
- HAS. *Quæ iuris essent publici, ⁵³ dux venderet;
Persuasus auro, captus Ottocari & dolo?*
- RO. *Non emptionis iure vobis Styria ⁵⁴*

Est

RVDOLPHOTTOCARVS

Est iuncta quondam? Styri vt Ottocarus solū

Dux primus expers sobolis, obsitus & lepra

Leopoldo habenas tribuit Austriada gener?

HAS. *Romana firmat quod potestas, ius voces.*

Hæc nos potentes fecit olim Styriæ:

Hæc vestro ademit nuper Ausonidūm bonæ:

Stipulatus omnem qui fidem iam rescidit.

Vexilla 1. Vide notam 23. vltima Tragœdiæ scenæ.
2. Lazius in genealogia & Gerardus de Roo: Vbi alter horum Leopoldus nominatur. Sed diplomata Streinij manu scripta Leutoldū vocant. 3. Cuspinianus in Austria Friderico I. 4. Rudolphus enim Cæsar, Stephanum à Meyffau finito superiore bello, Austria præfecerat: Lazius in genealogia & Gerardus, qui tamen Ebersdorfium vocat: qui Lazio est Emmerbergus. 5. Chronicon Germ. scriptum: Leuuenclau in proœmio rerum Turcicarum appendici præfixo. 6. Cuspinianus in vltimo Austria duce. Lazius lib 3. Viennæ, idem in genealogia. Chronicon Germ. scriptum, Mutius, Nauclerus. 7. Fuerat enim Bocho Rosenbergius, Austria superioris Præses: quem capitaneum vel *Landshauptman* vocant: bellorum tamen tempore à Rudolpho in Austria gestorum, Bocho non ampliùs hoc fungebatur munere: sed Vdalricum regni Bohemici protonotarium Ottocarus Austria præfecerat: Streiniacæ bibliothecæ diplomata. 8. Lazius libro Viennæ 3. et in genealogia. Liber Germ. scriptus. 9. Lazius ibidem, sed longè illustriùs historia Germ. scripta. 10. Lazius ibidem: et lib. 3. Viennæ: legati quoque Ottocarum coram imperij statibus accusantes nominantur. Gerardus, Secunda pars chro. Comariensis. 11. De his Cæsaris legatis Actus 3, scenam 2, numero 6. videas. 12. Lazius lib. 3.

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

lib. 3. Viennæ & in genealogia: Mutius, Gerardus, libri scripti, Dubrauius lib. 17. AENEAS SYLVIUS cap. 27. Philip. lib. 5. Bonfinius lib. 8. decad. 2. Cuspiniani Rudolphus. 13. Libri scripti: Mutius & Naclerus. 14. Cuspiniani Rudolphus. Dubrauius lib. 17. Gerardus inter alia quoque Bissam, Tulnam & Neoburgum recenset: quæ Rudolpho se dediderint. 15. Mutius, Auentinus, Gerardus, Haselbachius lib. 2. 16. Vide Cuspiniani Austriam: quomodo Fridericus II. Friderico duci rebellis Viennam ademerit: eamq; imperio subiugauerit. 17. Dubrauius, Gerardus. 18. Dubrauius, Bonfinius, Auentinus, AENEAS SYLVIUS. Add. ad Cosmâ Pragensem. Otho Abbas Aulae Regiae, Naclerus volumine 2. generat. 43. Crato in proœmio in Dubrauiû. Scripta historia latina. Philip lib. 5. Secunda denique pars chronici Colmariensis: qui omnes inter Rudolphum & Ottocarum sub pacificatione mutuam fuisse constitutam affinitatem asserunt, ob futura filiorum coniugia. Cuspinianus autem, Hardevvigus & historia Germ. scripta cæso iam Ottocaro factum autumant. 19. De hoc omnes consentiunt historici. 20. Præstito Bohemi iuramento qui interfuerint, recensent Mutius, Haselbachius lib. 2. Vrstifius, Cuspiniani Rudolphus, Lazij genealogia & liber Viennæ tertius. 21. Episcopus nempe Salisburgensis. Olim enim dicta fuit vrbs illa *Zelffenburg*: Latinis Iuuanium & Iuuania: Iuuanium & Iuauia: vocata verò post Salisburgum à fluuio *Saltz* appellato. Vrspergensis de Friderico Barbarossa. AENEAS SYLVIUS de Europa. Chronicon Salisburg. scriptum. Iouius lib. 30. 22. Rudolphus enim hunc Fridericum comitem de Zollern, Burggrauium Norenbergensem creauit. Philip. lib. 5. Lazij migrationes lib. 8. vbi hic Fridericus appellatur. Cõtrà verò Lazij genealogia, Mutius, Vrstifius & Naclerus Henricum vocant: quod Gerardus mea sententia rectè improbat.

RVDOLPHOTOCARVS

23. Meynhardus Tyrolis & Goriciæ comes: cui soror dū-
cum Bauariæ erat nupta: Auentinus, Cuspiniani Rudol-
phus. Lazij genealogia. 24. Lazius ibidem & Auen-
tinus. 25. Nam Ottocarus sub fœdere cum Rudol-
pho, cum Ladislao quoq; Hungariæ rege in gratiam re-
dijt: Mutius. Puerum verò Ladislaum post ex contemptu
vocat: Nauclerus & Auentinus. 26. Mutius, Lazius,
Cuspinianus, Dubrauius, Bonfinius, Aeneas Syluius,
Gerardus, Munsterus lib. 3. cap. 19. 27. Locis modò
citatis: & additiones ad Cosmam Pragensem. 28. Li-
bri manu scripti. Leuuenclau in proœmio rerum Turci-
carum appendici præfixo. Lazij Vienna lib. 3. Phil. lib. 5.
Gerardus, Cuspinianus in Friderico Austriæ ultimo.
29. Lazius ibidè. 30. Cuspinianus loco adducto, 31.
Cuspinianus ibidem. Lazius lib. 3. Viennæ: Libri scripti,
Gerardus: qui anno 1552 factū esse refert. 32. Lazi-
us lib. 3. Viennæ & in geneal. Cuspiniani Austria, Muti-
us, Aeneas Syluius, Dubrauius, Bonfinius. Otho Abbas
Aulæ Regiæ lib. 1. cap. 4: 33. Cuspinianus in Austria
Leopoldo VII & Friderico ultimo Duce. Historia Germ.
scripta Haselbachius lib. 2. Gerardus. Hic Henricus Fri-
derici frater Medlingam tenuit: vnde dux Medlingensis
fuit dictus. 34. Fridericus hic Gertrude Henrici Med-
lingensis filia & Hermanno Marchione Badensi natus, e-
rat hæres Austriae futurus. Verùm cum Conrado, Italis
Conradino dicto, belli socius in Italiam abiit. Vterque
verò Conradus Conradi Cæsaris filius, Dux Sueuiæ vl-
timus & Fridericus capti à Carolo Andegauensi, vi Sici-
liam tenente, Clementis quarti pontificis suasu, capite
Neapoli fuerunt truncati: Gerardus, Philippus, Auen-
tinus, Cuspiniani Cæsares, eiusdem Austria in Leopoldo
VII. Haselbachius lib. 2. Factum anno 1268. ut Mat-
thæus Palmerius ait. 35. Ottocari quoque suasu factū
esse, Auentinus refert: ne Friderico fortè iure Austriam
petente

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

petente eijceretur. 36. Historia Germ. scripta. Cuspinianus in vltimo Austriae duce. Lazius lib. 3. Viennæ. Haselbachius lib. 2. Leuuenclau in procœmio sæpius adducto. Philip. lib. 5. 37. Cuspiniani Cæsares. Historia Germ. scripta, Philippus, Munsterus lib. 3. ca. 18. Gerardus. 38. Locis iisdem. 39. Liber Germ. scriptus, Cuspinianus in Henrico Cæsare, Friderici II filio. 40. Cuspinianus in Friderico II. Philippus. 41. Cuspinianus in vltimo Austriae Friderico. 42. Cuspinianus ibidem, Dubrauius lib. 17. Bonfinius, Gerardus, Haselbachius lib. 2. Chronica Austriae scripta: Otho abbas Aulæ Regiæ lib. 1. cap. 5. 43. Dubrauius lib. 17. Boregk. De pellice hac vide vltimam tragœdiæ scenam 54 nota. 44. Cunigundem hanc Rossulai ducis filiam fuisse Massouiam, asserunt Gerardus, Haselbachius, Lazij Austria & Vienna, Aeneas Syluius, Auentinus, Vrstissus, Otho abbas Aulæ Regiæ: vbi barbari quoque rhythmi hac de re leguntur: & Cuspinianus in Friderico Austriae vltimo. Contrà vero Bulgaram idem Cuspinianus in Henrico Friderici II filio: Boregk etiam, Crato, & Dubrauius vocant: Albertus autem Argentinensis Polonam. Patrem huius Bulgariam & Massouiam simul tenuisse, nec legitur, nec credibile est. Neptem hanc Belæ regis Hungariæ fuisse, Cuspinianus in Henrico Cæsare & Haselbachius affirmant. 45. Cuspinianus in vltimo Austriae Duce, Gerardus & Haselbachius: sed exilij annos hi duo non exprimunt. 46. Cuspinianus ibidem, Libri scripti, Lazij Genealogia, Gerardus. 47. Cuspinianus in vltimo Austriae duce. Haugius lib. 4. capite 65. Haselbachius lib. 2. 48. Riuander in historia Turin-gica. Siffridus presbyter. Philippus lib. 5. 49. Dubrauius lib. 17. 50. Cuspiniani Cæsares, Lazij genealogia. 51. Dubrauius lib. 17. Bonfinius, Alb. Krantzius

B

RVDOLPHOTTOCARVS

lib. 7. VVandalia. Aeneas Syluius. Otho abbas Aulæ
Regiæ lib. 1. cap. 4. 52. Otho abbas, Krantzius &
Dubrauius ibidem. Bonfinius, Lazius lib. 6. migrati.
Aeneas Syluius, Boregk, Vrstifius & Gerardus.
53. Quia Ottocarus imperij regiones absque feudo te-
nebat. Cuspiniani Cæsares, Mutius, Latij genealogia.
54. Tam vile enim fuit precium: vt Ottocarus primus
ille dux Leopoldo Austriæ duci socero suo donasse potiùs;
quàm vendidisse Styriam videretur. Cuspiniani Au-
stria. Historia Germ. scripta. Lazius
6 migrati. Haselbachius
lib. 2.

II.

ROSENBERGIUS.

LICHTENSTEINIUS.

HASLOVIUS.

ARG. Res Rudolphi gestæ acceptis imperij fasci-
bus. Præclara Ottocari facinora & trophæa;
aliquo etiam Rudolphi adminiculo parta. Au-
stria status ante & post Fridericum primum Cæ-
sarem ad Rudolphi vsque imperium.

RO. **T**u gente verò ducte Lichtensteinidum;
Quid mente versas? num quid offensa memox
Veteris adhuc à rege dissides meo?
LICH. Num vile censet? Pfsannebergus quòd comes;
VVildanus insons, innocens Stubebergides:

Ego

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- Ego & immerens sim carcerem expertus grauem?¹
- RO. Delator odia iure fert Pettauides:²
In herum querelis sed graue est assurgere.
- LICH. Bis peccat, aures qui calumniae arrigit,
Damnatq³ iustum: audire nec vult, quem premit.
- RO. Inuenta morsum versus est dudum fides,
Ac vestra virtus Salua: rex & gratia
Pensauit iræ fraude suggesta notam.
Cur igitur arma sumitis contraria;
Hostem & fouetis? tam potentem vos virum?
Deserere tantis posse factis inclytum?
- LICH. Non, quantus aut quis sit manu, aut cumulis opum:
Sit mente qualis: ratio spectet, mens probet
Bene gesta: studijs vita referat arduis.
At ponderari si virum factis libet;
Fas vt requirit: non Rudolphum ceu patrem
Veneratus; vni te cliens pius asseras?
Taceam Triumphos vt priores: edidit
Quot celeritate facinora inimitabili?
Diadema saltem quinq³ dum messes tulit?
Generi alleuatus nam Palatini³ manu
Badæ potentem Marte Marchiaden domat.⁴
Proceres & armis quindecim,⁵ fortes licet;
Subigit rebelles: flectere & cogit genu:
Montfortides quos inter, Helfensteinides:
Et VVirtebergi subdit agri se comes:
Eberardus animis acer, ac validus manu.
Celsas Tribocum frangit arces:⁶ oppida

RVDOLPHOTTOCARVS

Perrumpit: aequat forte Mulbergum solo:
 Grezinga vastat tecta: Durlachium occupat.
 Ac parte Rheni, Sueua quam gens incolit:
 Francos & inter cuncta restituit manu:⁷
 Turpes rapinae quae sub interregibus
 Sparsim Quirinis absciderunt per nefas:
 Dum rapere licuit, cuique quod libuit, foris.
 Populi tumultus, militum libidinem,⁸
 Cæcum & furorem: vim latronum & publicam⁹
 Compescit: vltor ac seuerus eruit.
 Hinc bella tollit: dulce fessis ocium
 Clemens reducit: corrigit iustus forum.
 Abolet Latinas: patrijs in literas¹⁰
 Verbis referri edicta pontificum sacra,
 Ducumq; sancit: dum dolet; quod nobiles
 Quæuis propè atas artis expertes ferat.
 Contaminato pristinum imperio decus¹¹
 Instaurat: omnes audit,¹² ac mitis fouet:
 Sanctus meretur patriæ & dici pater.
 RO. Vt, quæ recenses, posita celso sint loco:
 Egregia magni facinora Ottocari tamen¹³
 Numerare saltem tenuis haud fuerit labor.
 Primùm hic parenti quando V ensoleo subit;¹⁴
 Regi optimus rex optimo: ardescit suam
 Euehere gentem: & serere regno militem.
 Non ergo somno, desidi non ocio:
 Venerisue lustris ampliùs: vel luxui
 Patitur iuuentam mancipari nobilem.

Positis

AVSTRIACA TRAGOEDIA

Positis equestres præmijs ludos fouet:
 Simulacra iusti varia spectat prælij:
 Cursu & ruentes vincere, elabi & fuga.
 Sic pedite regnum firmat: & equite roborat
 Domestico: vt sit raro opus petere hunc foris. ¹⁵
 Quin iustus etiam regium emendat forum:
 Et discrepantes lege mensuras pari:
 Imparia & æquat pondera; ac remouet dolos.
 Rotis latrones implicat, purgat vias:
 Metuitur hosti: ac, ceu pater, colitur suis.
 Quin & Borussos cæde grassantes truci ¹⁶
 Ad littus vltor clade frangit Balticum:
 Iurata Christo gens vbi hæc violat fidem.
 Hanc littus armis vsq; ad extremum edomat:
 Ac Marte Superis iungit, Vt duo nam duces
 Mouisse Christo bella metuunt: in Deum
 Moniti arma ponunt: Bruno quos Olomuntius: ¹⁷
 Ac fonte populum præsul in sacro lauat.
 Hinc colle celsas ponit arces: & nouam
 Ad stagna ponti statuit urbem in margine:
 Victrice Montem ¹⁸ ac Regium vocat à manu.
 Sed quid remotis gesta commemorem locis?
 Non cum superbis coijt Hunnis rex quater? ¹⁹
 A patre Bela non ter? à Stephano semel ²⁰
 Retulit trophæum rege nuper filio?
 Quàm Bela quondam incurSAT Austriadas ferox; ²¹
 Et quæque maçtat: foeminas, pueros, senes:
 Votas & aris virgines laniat lupus.

RVDOLPHOTTOCARVS

Quin prostitutas, Venere fractas & nurus
 Spectastis ipsi efflare vitam: ob dedecus,
 Ac vi coactum induere se ferro ob nefas:
 Medioue sectas flēstis; ære aut venditas:
 Et pecudum abactas instar. Hunnos quam feros
 Cumana Scythicam humanitatem gens docet:²²
 Excepta regni socia fugiens Tartaros.²³
 Offerre pesti sed quis huic audet caput?
 Non vnus hostem Ottocarus arcens vos tegit?²⁴
 Non Styro²⁵ eundem reijcit agro: quem tenet
 Vterq; scissum:²⁶ post sed hic solum occupat?²⁷
 Non bello eundem tertio Teisæ lacu:²⁸
 Marchæ & fluentis mersat à tergo premens?²⁹
 Non sparsa tanquam in ponte per cadauera
 Traducit aciem? non virorum millia
 Tollit bis octo? regias quæ copias
 Strages propè æquat: cum patre ac Stephanum fugat.
 In regna Stephani³⁰ post ruit: Posonium
 Et terra & vndis vrget: vrbs cui deditur.
 Defensa longum ruit & arx à culmine:
 Et gaza spolij inde rapitur regia.
 Rabum inde tranat classe: Iaurini ad latus
 Adoritur hostem: & vltimam hinc palmam refert.
 HAS. Quin nostra genti mista vestra haud tum leuem
 Experta cladem est: mersa pars fluuij alueo:
 Excepta ferro littus & pars iam tenens.
 RO. Fraus nempe Stephani est: quando pontē interfecat.³¹
 Vtrinq;: nostræ vt mole succumbat manus.

Solida

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Solida sed adimat num quid hic laudi dolus?

HAS. *Qui iusta poscunt; te trophæis euebant?*

RO. *Si grauius hosti des malum; leue sit tuum.*

HAS. *Esto, triumphis rex quòd emineat suis:*

Laurum hicne solus peperit? an nihili facis?

Aulae magister quæ Rudolphus regia: ³²

Iam rector orbis, dux in armis præstitit?

Nonne huius olim vicit Ottocarus manu?

RO. *Est sua duci laus: palmae honor sed adhunc redit:*

Quem socius armis ipse dominum dux leuat.

LICH. *Et illud esto: sit quòd Hunnus Austriae*

Populatus oras: Styri & agros venditi.

Non ipse verò subdit Ottocarus faces? ³³

Sine iure profert quando regni limites?

RO. *Nec Bela quicquam iuris in Styros habet.*

HAS. *Num scelera patres: peccet alius si prior?*

Tantò miserior Austriam afflixit status:

Coÿstis armis quantò vterq; iniquius.

Qui turbo belli, & longa tempestas viros

Tot mersit altos genere: noctu ceu duos:

Conradum in vmbriis ac Othonem Hardeggidas ³⁴

Gentis supremos Stephanus ad Teisam excidit.

RO. *Pro rege stare, & cadere, laus demum est viri.*

LICH. *Hanc igitur animã, hoc corpus, & quidquid meũ est:*

Voueo Rudolphi pro salute: & commodis

Patriæ tuendis: res vt hoc bello cadant.

RO. *Quin patere flecti: fata nec tibi pertinax*

B

4

RVDOLPHOTTOCARVS

Accerse voto: pristinam ad mentem redi.

LICH. Potius Bohemi vos rebellem prouidi
Reuocate regem: & quàm potestis, flectite.
Sua ponat arma: & placet iras Caesaris.
Quàm facile auito possit excludi solo:
Pro scelere poenas ipse si Deus exigat?
Exempla recolat; doctus & caueat mala.
Modò mente Boium repetat Henricum; à Salo³⁵
Dani potentem vasta Sicaniæ ad freta.
Caesar rebelli sceptrum Conradus tamen³⁶
Aufert: & Vrso Saxonum Alberto plagam³⁷
Submittit: vrbs cui celsa Brenni dat genus:
Rura Luipoldo & Boia confert Austrio.³⁸

RO. Non mox ademptos recipit exul Saxonas?³⁹

LICH. At destitutum Bauaris; penè omnibus
Miserè & relictum tacitus exanimat dolor.⁴⁰

RO. Sed frater illum Guelfo bellis vindicat.⁴¹

HAS. Ancipite verò Marte num patriam obtinet?
Non Caesar acie vrgente Vinsbergam & fame⁴²
Expugnat: omnes mitis in ciues tamen?
Pietate victus rari & exempli est: suis
Natos vt vlnis foemina: humeris sed viros
Ex vrbe gestant: sic opes sibi & vnicè
Caras tuentur, ac dolo seruant pio.

RO. Non vtraq; natum regio ad Henricum redit?⁴³
Nonne Luipoldum Henricus Austriades sequens
Priuigno⁴⁴ ab oris iure cedit Noricis?⁴⁵

LICH. Fridericus acri at Caesar id cura impetrat:
Vbi partem ab agris vsq; ad Anasum Boicis

Abscindit

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- Abscindit amnem: ac propriam Austriada inserit: 46*
Primumq₃ placans hunc ducem creat Austria. 47
H A S. *Sic ergo culpam & filius patriam luit:*
Nostrosq₃ Boij multa profert limites.
Ultrix superbos sic Dei reprimat manus.
LICH. *Ita Fridericum Cæsar extremum his ducem*
Fridericus oris ille proscribit potens: 48
Exul proterua quas tamen reparat manu.
R O. *Ottocarus armis sic requiret vos nouis:*
Nisi reuocetis, pacem & oretis manu.
LICH. *Iurata coget nulla nos uis scindere:*
Solo in Rudolpho nostra perpetuet salus.

CHORVS.

A R G. *Miserum sine capite regnum: intestina diffi-*
dia proprij mali faber. Votum de unico Rudolpho
præfidio.

Hei quàm dubio fortuna statu
Hic regna locat? quàm regionem
Misero versat turbine rerum:
Principe viduant quam fata suo!
Plerunq₃ ducis comes it morti
Mars cæde furens: nisi quis hæres
Subeat regno masculus: orbem
Patrio & populum tegat amore.
Et bella vomunt intestina
Furiæ scissos inter proceres:
Quas emittit Styge libertas.
Nam plus opus est populo frenis:
Nunquam domitus quàm possit equus

B 5

RVDOLPHOTTOCARVS.

Subigi duris absq; lupatis.
 Funesta magis nec sol vidit:
 Quàm bella domi sint fata genti.
 Odia Ottocarum mutua, diris
 Odia flammis accerferunt:
 Et colla iugo nostra dederunt:
 Orbis domitor quo seruitio
 Nos exemit Marte Rudolphus.
 Sed quid labor hic Caesaris ingens
 Miseris prodest: ora Bohemus.
 Si iam reddat nostra capistris?
 Hei formidine trepidant animi,
 Trepidant! fatis patria extremis;
 Patria ne carissima pereat.
 Sed tu propera magne Rudolphe;
 Propera patrij spes vna soli.
 Pater ô vasti, quem regis, orbis;
 Belli vindex restingue faces:
 Iugum & à nobis aufer iniquum.
 Sed cum Bohemo nupta prodit: proh viri,
 Vt torua regem contuetur: quid feret?

Carcerem 1. Chronicon manu scriptum. Leuuen-
 clau in proœmio rerum Turcicarum appendici præfixo.
 2. Fridericus scilicet à Pettau. Locis ijsdem. 3. Auenti-
 nus, Paulus Langius, Nauclerus, Gerardus. Contrà verò
 Mutius & Stumpfius aiunt: Ludouicum etiã Palatinum
 Rudolpho rebellasse: quod veri non est simile. Quin po-
 tiùs Cæsar focer huius, vt generi auxilio alios hostes sube-
 git. 4. De his Cæsaris gestis vide Langium, Cuspinia-
 num, Nauclerum, Auentinum, Mutium, Gerardum, Vr-
 stisium,

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

stisum, Dresserum VI millenario; qui omnes hæc ante bella Rudolphi Austriaca esse facta statuunt. Idem asserit Ia. Spigellius supra librum Bartholini Perusini duodecimum. Sat enim Cæsar Ottocaro respiciendi spatium concessit. 5. Langij Chronicon; nullum tamen nominat. Inter eos verò sunt præter Marchionem Badensem Comites Helfensteinius, Montefortius, & Eberhardus Vuirtebergicus; qui in gratiam receptus postea rebellavit. Gerardus. Videas de his notæ 4. scriptores. Et ad Urspergensis paralipomena. 6. Cuspinianus, Argentinam etiam Rudolphi milite fuisse cinctam, refert; quod apud aliū tamen nullum me legere memini. 7. Non in Francia solum; sed & alibi. Chronicon Salisburgense, Iordani quoque historia, Langius, Cuspinianus, Mutius, Chronici Colmariensis pars secūda. 8. Auentinus. 9. Idem. 10. Idē Auentinus et Dresserus millenario sexto. 11. Langius & alij omnes. 12. Paralip ad Urspergensis. Siffridus Presbyter. 13. De his rebus Ottocari gestis videatur Dubrauius, Aeneas Syluius, Boregk, Bonfinius. 14. Aeneas Syluius & Munsterus contra aliorū fidem hunc Venceslāi fratrem; non autem filium fuisse opinantur. 15. Dubrauius. 16. Dubrauius, Ad Ursperg. Paralipomena, Cuspiniani Austria, Gerardus Dresserus. Factum anno 1255. Aeneas Syluius & Bonfinius aiunt; Tartaros etiam ab Ottocaro fuisse in Borussia cæsos; cum tamen Cromero teste lib 9. Tartaros nunquam eò peruenisse constet. 17. Dubrauius & Boregk. Fuit hic Bruno comes Saxoniae Schönbergicus, comitatus Holstenij dominus. Ibid. 18. Ibidem. Gerardus de Roo, Aeneas Syluius, Naucleus, Cromerus lib. 9. 19. Dubrauius, Auentinus, Bonfinius de Bela & Stephano regibus. Haugius verò lib. 4. cap. 71. dicit; Belam vltimò de Ottocaro triumphasse. 20. Vterq; enim Stephanus & Ottocarus accepta etiā clade victoriā præ se tulerūt, Dubrauius. At Bonfinius & Haugius

gius

RVDOLPHOTOCARVS

gius lib. 4. cap. 72. Stephanum fuisse superiorem scribūt.
 21. De hac horrenda Austriacorum clade, vide præ cæte-
 ris Cuspiniani Austriam de duce ultimo; Dubrauium etiã
 & Gerardum 22. Cuspinianus ibidem. 23. Bonfi-
 nius. 24. Cuspiniani Austria. Dubrauius. 25. Factũ
 hoc anno 1260. Dubrauius. 26. De Styria inter Be-
 lum & Ottocarum diuisa, vide Auentinum. 27. Idem
 paulò post, ubi ait; Ottocarum Austriæ ac Bohemiæ fuisse
 præfectum. 28. Dubrauius, Boregk. Krantzius li. 8. Sa-
 xoniæ. Austriæ fluuius est; Germanis Teys. Aliàs fluuius
 Hungariæ Tibiscus nobis etiam die Tey uel Teys dicitur.
 Matthæus Palmerius dicit; ad quatuordecim millia Hun-
 garorũ aquis fuisse submersa. 29. Dubrauius & Gerar-
 dus Marũ uocant; sed hunc cũ Maro uel Moro Hungariæ
 fluuius confundunt. 30. Post Belæ scilicet obitum, Du-
 brauius hæc diligenter describens inquit; & Bohemum &
 Hungarum uictoriam præ se tulisse. 31. Idem Dubra-
 uius. 32. Fuerat enim Rudolphus aulæ regiæ magister,
 & in militia stipendiarius. Dubrauius. Cromerus lib. 9. &
 Boregk; qui duo eum Marscalcum uocant. 33. Cum
 enim Hungarus doleret; Austriæ ac Styrię potiundæ spem
 Ottocari celeritate & ui sibi præripi; regiones hæc mise-
 re affligebat. Chronicon Lati. scriptum. Auentinus, La-
 zius 3. Viennæ. Cuspiniani Austria. Dubrauius.
 34. Dubrauius, Lazius lib. 3. Viennæ. In his comitum
 Hardeggiorum familia tum florens extinguebatur. Ha-
 selbachius lib. 2. ait; alterum horum Conradum comitem
 fuisse de Plaien. 35. Otho Frisingensis lib. 7. cap. 23.
 Lib. 2. de Friderico primo cap. 17. Cuspinianus in Conra-
 do tertio. Liber manu scri. Germ. et Urspergensis in Con-
 rado & Friderico. 36. Idem scriptores. Cuspiniani Au-
 stria de primo duce Henrico. Nauclerus. 37. Albertus
 enim hic cognomento Ursus fuit dictus; Marchio fuit
 Brande.

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Brandenburgensis. Philip. lib. 4. de III Conrado. 38. Vide notę 35. scriptores. Haselbachius dicit: Henrico Austriaco datam fuisse Bauariam: cum tamen Luipoldo sit tradita: cui Henricus sine prole mascula defuncto successit. Cæterum Cuspinianus in Austria Henrico primo duce manifestum ponit discrimen inter Luipoldum, Luitpoldum, & Leopoldum. Sicut & Leutoldum aliud est nomen: ut nota 2 superioris scenæ dictum est. 39. Urspergensis. Cuspinianus. Philip. Naclerus. 40. Cuspinianus, Philippus de Conrado tertio. 41. Vterq; ibidē. 42. Ibidem. Et Haselbachius lib. 2. Austriae. 43. Urspergensis, Cuspinianus in I Friderico: & in Austria de primo duce Henrico. Otho Frisingēsis lib. 2. de rebus Friderici I. ca. 28. Haselbachius. 44. Priuigno: Henrico sci. Henrici superbi ducis Bauariæ filio: cuius matrem Henricus cognomento, **Ja Sammers Gott** / primus Austriae dux, iam duxerat. Cuspiniani Austria & Cæsares. Ligurinus lib. 5. circa finem. Spigellius in Ligurinū. In primis autē Otho Frisingensis lib. 7. cap 26. lib. 2. de rebus Friderici cap. 7. 45. Bauaria enim præcipuè quondam Noricum dicebatur. Naclerus generatione 39. Beatus Rhenanus lib. 1. rerum Germanicarum. Lazius libro 10. migrati. Spigellius supra 1 & 8 Ligurini librum: & in 8. Bartholini librum. Historia scripta. Sic Vuelsam Austriae seu Valentiam Noricorum oppidum Auentinus lib. 7. uocat. 46. Quomodo, & cur Austria superior ad Anasum usque Fluuium à Bauaria fuerit abscissa, & Austriae asserta? uideatur Cuspinianus in Friderico primo: & eius Austria de Henrico primo duce. Philip. lib. 4. in Conrado III & Friderico I. Urspergensis, Lazius lib. 7. migrationum pag. 336. 344. 47. Ibidem. Naclerus etiam generatione 39. Ligurinus in fine 5. libri. Et Spigellius eum locum explicans. Haselbachius. 48. Cuspiniani Austria in Friderico ultimo. Auentinus lib. 7. Vide scenam superiorem nota 16.

ACTVS

RYDOLPHOTTOCARVS
ACTVS SECVNDVS.

I.

CVNIGVNDIS. OTTOCARVS.

ARG. Reginae de iuramento Casari praestito debacchantis cum Ottocaro exostulatio. Qualiscunq; regis purgatio. De reparando bello consilia.

- CV. **E**Gregia verò merita, regis arduos¹
Inuicti & animos: hancne belli gloriam:
Hæcine reportas spolia seruo à perfido?
OT. Depone curas anime mi: nec anxium
Mærore pectus tam profundo confice.
CV. Egone triumphem perditum infando viri
Dedecore? famulum² tune adorâris tuum?
Hei quò recessit calor, & altus spiritus?
OT. Non mutat animos casus; aufert nî Deus.
CV. Quis habitus vno maior vsquam te fuit
Heroas inter? non Latini, Teutones,
Cumani, & Hunni ad nomen Ottocari tremunt?³
Non alter es penè Attila, orbis malleus?⁴
Dei flagellum, ac terror hominum? quo solum
Gradiente visum est expauescens concuti?⁵
Non à remoto regna te pridem Adria
Sinus ad vsq; protulisse Balticos⁶
Es gloriatus? robur vbi nunc est tuum?
O me beatam; tam potenti quam viro
Genitor ligabat lege Rossuleus tori.
Ac rebar equidem; dignitate heroidas
Me premere: cunctis anteferri⁷ & ceu Deam.

Hei

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Hei vana verò somniantis gaudia!

O pectus excors? sol an afflictam magis
Aspexit vnquam? vasta vel tellus tulit?

O T. Sileas: honori nil ademit fors tuo.

C V. Ecquid supersit nominis? quæ tot tuo
Turpi veterno regna miserè perdidit?
Ac Austriam præ cæteris dulcissimam.⁸
Vbi & Bohemi cum Morauis? Ausonum
Proceres tributis supprimant nos scilicet?
Non subditorum præter acies Saxones:
Misniaca legio, cum Silesis Sarmatæ,
Et Franca penetrat⁹ Austriam tecum manus?
Metuendus armis & manipulum¹⁰ Cæsaris
Miserum extimescas? totq; regiones (nefas)
Nondum hoste viso¹¹ flexus in genua abdicet?

O T. Quid agerem; ad hostem tota vbi ruit Austria?¹²

C V. Quid faceret; vbi conspexit exanimum metu?

O T. Haud trepida pulsans pectora hæc hausit pauor.
Res ipsa nostras sic rotârunt numina.

C V. Quod scelere patras, impiè incuses Deum?

O T. Fratres Viennæ culpa sacrificos premat:¹³

Diuina nostrum caussa nî regnum vrgeat.

Iurata populi verba pontificum cohors

Male suada soluit: hosti & Austriadas dedit.

C V. Sacrificus aræ præsul insistat foro?

Miscens profanis sacra quiduis audeat

Impunè? votum vertat in diras sacrum

Pro rege? dominum calce proterat impius?

Ac tradat hosti? in regna seruum collocet?

CHV

RUDOLPHOTOCARVS

Cur non Viennam vindicas ui perfidam?
Ruptis & hostes mœnibus ferro metis?

OT. Congressus impar, impia & bello est uia:
Si stringat animos, ac manus Deus alliget.

CV. Quæ fata stultus, singis aut tibi numina?
Te iam relinquunt Cœlites, fors ac tua?
Qui uisus ipsa totus es felicitas?
Hei misera socios cur toros unquam attigi!
Aut patre soboles ulla de ignauo fuit
Suscepta! partu non uel ipso concidit!

OT. Haud domina regi inuideat hæredem suo.

CV. Quid? scelere prolem tu meam obscures tuo?
Tu cum ministro rex, cliente ac infimo
Affinitatem stolidus in eas imparem? ¹⁴
Meus ergo Iuthæ ¹⁵ lege Vensoleus tua
Inopi iugetur? nubat Agnes pauperi ¹⁶
Locuples Rudolpho? ac, si placet Dijs, Cæsaris
Consocera generum, uenerer & supplex nurum?
Prius ima hiatus referet; ac tellus uoret
Cum matre natos: casus aut quis eximat:
Quàm generi inuri patiar hanc maculam meo.

OT. At cum meorum, tum Quiritum suasui
Parere: ¹⁷ tam res me coëgit, quàm locus.

CV. Non ferre quiduis præstet, aut occumbere:
Inhonestapacis quàm ferire fœdera?
Quousq; pestes aula sustineat? uafros:
Sceleris magistros, ac tui interitus fabros?
Nondum rependas merita consultoribus?
Vir tu feraris? non uir: es potius Phrygum

De

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

De genere mulier¹⁸ mollicella, venustula:

Effœminato penitus animo & deside.

Num tibi resectum¹⁹ est, quo ferebas te virum?

Virum esse potius me decebat: nî parens

Natura sexu errasset: exemplum viris

Ego docta regno, gnaua & armis vterer.

Sentiret hostis; militem medio è grege

Domino rebellem quid sit arma laceffere.

O T. Agnosco culpam; meq³ fraudatum queror.

C V. Crimen fatendo vix malorum pœnitet:

Delicta factis, qui dolet, nisi corrigat.

O T. Malè pacta vindex Marte rescindam nouo.

C V. Mora trepidum cur ergo pectus arguit?

Si contueri tu micantes præ metu

Horrestis enses: arma tradas fœminæ.

Ego præsto regem ceu foro: ac diplomata²⁰

Hac sæpe signo, & sola subscribo manu:

Pro rege in armis sic tremendam territus

Me cernat hostis: terga det mihi: vel cadat.

Cum veste sexum tu mea mutes: domi

Tu diues auro fulgeas ac firmate:

Nymphas²¹ & inter regias pingas acu:

Carpasue lanam: aut fila fingas serica.

Seruo aut ministres ipse domino, si lubet:

Libata supplex porrigas & pocula.²²

Interim ego faxo: vt hostis hac discat manu:

Moderamen orbis num penes sit Teutonas:²³

Sceptrum Bohemi vel graues potius gerant.

O T. Quiesce vitæ lux mea, ac regni decus.

C

RVDOLPHOTTOCARVS

Vel vna cunctas hora maculas eluet.

- V.** *Reputes auorum facta: Germanos velut
Quondam Bohemi clade turbârint tui.
Lusatice adempta nonne Misniadas soli²⁴
Parte expulerunt? non tui posthac aui
Tyrigetum amenam Marte vastârunt plagam?²⁵
Imitatus ipsum aut potius ausis te tuis
Referas priorem: haud est viri animis cedere.
Tibi laude belli, dignitate, potentia,
Animis, & opibus terra nusquam fert parem.²⁶
Sunt plurimarum auxilia prestò gentium:²⁷
Auguria palmam cuncta deniq; & omina
Spondent Bohemis: fata nisi tu respuas.*
- O.T.** *Tua fausta letus omina euentus probet.*

1. Reginae cum marito iurgium videatur apud Cuspi-
nianum, Dubrauium, Mutium, Gerardum, Vrtisium,
Auentinum, & Iordanum. 2. Cuspi. Auenti. Dubrauius.
3. Hoc ex antecedentibus & consequentibus patet: ac Du-
brauius praecipue testatur. 4. Hoc enim Attila se titu-
lo iactitauit. Bonfinius lib. 6. decados 1. Nicolaus Olahus.
Caspar Bruschius prima centuria monasteriorum Ger-
maniae pag. 122. P. Callimachus. Nauclerus generati. 16.
5. Callimachus. 6. Dubrauius, Aeneas Syluius, Al-
bertus Argentinensis. Cromerus lib. 9. id pernegat. Ge-
rardus inquit: Ottocarum ob id Styriam & Carinthiam
cum ei adiunctis ad se pertraxisse: vt saltem ab Adriatico
mari ad Balticum vsque regnare videretur. 7. Dubraz
uius. 8. Ibidem. 9. Eadem enim penè auxilia primo
bello habuit, quæ & secundo: vt iidem de vtroque scripto-
res confirmant. 10. Respectu enim Ottocari Cæsar exi-
gua habuit auxilia; Chronici Colmariensis pars altera.

11. Du-

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

11. Dubrauius. 12. Dubrauius, Gerardus, Mutius.
 13. Viennenses enim Prædicatorum, fratrum Minorum
 ac totius cleri autoritate à iuramento soluti, Rudolphum
 acceperant dominum: Nauclerus, Mutius. 14. Vide
 notam 18. actus 1. scenæ 1. 15. Venceslao enim Gutha
 vel Iutha Cæsaris filia fuit desponsata: Auentinus, Philip.
 lib. 5. Dubrauius. 16. Dubrauius. 17. Auentinus,
 Lazij genealogia, Cuspinianus. 18. Munsterus lib. 3.
 cap. 19. Vrstifius lib. 3. ca. 1. 19. Cuspinianus. 20. Auen-
 tinus. 21. Mutius, Vrstifius. 22. Auentinus. 23. Du-
 brauius. 24. Factum hoc Henrici quarti tempore, Phi-
 lippus lib. 4. 25. Factum hoc anno 1203. Siffridus pres-
 byter. 26. Dubrauius. 27. Ibidem. Et tertij actus
 scena tertia comprobabit.

II.

RICIANVS. OTTOCARVS.

ARG. Ottocari seuera cum regni Camerario ex-
 postulatio. In imperatorem odia, & persecutiones.
 Regis confidentia. Variæ quondam Bohemiæ per Po-
 lonos & imperatorum bella afflictiones. Aulicorum
 exautoratio.

RI. *Quàm rex volutat varia curis saucius;
 Ac dubius astu coniugis: ratio fidem
 Seruare mandat Cæsari: sed fœmina
 Aliud; cupido & dira vindictæ iubent.
 Amore cæci pectus agrotat viri
 Muliebre: lethum potiùs ac miser oppetat:
 Offendat vlla quàm tori sociam via.
 Horrescit animus: fata presagus mali
 Et dura secum concipit. Nec enim virum
 Regina victum fraude furij desinet*

RVDOLPHOTOCARVS

Armare: casu donec indigno auferar:

Et bene merentes misera maneat gratia.

OT. *Sed auspicari iure vindictam à meis¹
Mens agitat: altis ecce consilijs virum,
Animisq³ celsum: regis hem decus ac manum:
Autore famam tam potens quo perdidit.*

RI. *Nil me, saluti pro futurum quàm tua,
Suasisse: cœlum testor, & ius ac fidem.*

OT. *An id, immerenti quod bona exiit, est salus?*

RI. *Non ego: senatus sed Quiritum bellicus
Hoc in ita pacto consulebat fœdera.*

OT. *Inhibere solus non fuisses tu potis;
Et stare contrà? tu sed hortando magis²
Animum impulisti: ceca vt assensu meo
Consulta sequerer. Proh Deum atq³ hominum fidem;
Potuisse ad istam mene redigi insaniam?
Semper Rudolpho restiti, indignum ratus:
Leges Quirinis qui ferat: mihi & imperet?
Solus ferentes ego repulsam fascibus³
Mundi negatis tam Britannis: quàm plagis
Dominantem Iberis bile & odijs impuli:
Furijs quòd ambo iam perant Habsburgiden.
Ego arua veteris cùm Iuuanij, tum solum
Aquileiæ amœnum Marte vindex irrui:⁴
Et præda onustus ac manubijs exij:
Quòd vterq³ stulto præsul obsequio fidem
Fictò dedisset non coactus Cesari.
Quin vltor omnes execratus sum minis
Odijsq³ versans: quos Rudolpho vix parum*

Vel

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Vel clàm fauere suspicarer vel palàm.
 Et iungi amicum passus ego me sim meo
 Tam leuiter hosti? trita vulgo fabula
 Sim facta: populi quem stupebant tot priùs?
 Tu cum Guilelmo & Vartebergo; tu mihi⁵
 Riciane blandis animum ademisti dolis.

R I. Quin te periculis mens erat subducere:
 Placare lesa tibi Quiritum & numina.

O T. Sic vestra regem cura defensum dedit?
 Emisse regnis hei foris me gratiam!
 Reginae amorem perdidisse domi interim!
 Nutus ad omnes applicarer cui priùs!
 Vbi blandientis verba nunc & basia?
 Non amor amaror; mella & oris iam mera
 Sunt bella, tonitru, terror, exanimatio?

R I. Atqui iubebat ratio nos auertere:
 Parendo nuptæ ne perires: perditis
 Aut tu Bohemis ipse te pessundares.

O T. Natiua miles quis Bohemi moenia
 Transcendat audax? cincta piniferis iugis
 Ac rura penetret? num quis Albim, Vultauam:
 Cum Misa & Egra barbarus Molsam bibat?⁶
 Vitreum ué potet Giseram cum Sasana:
 Ramenta & auri cum lapillis qui vehit?

R I. Sublime nil est, tàm ué solidum stat solo:
 Humana quod non vis, vel impellat dies.
 Non Sarmatarum legio montes sexies
 Superat Bohemos? dux enim Miecisleus⁷
 Semel; ille Christo qui dedit primus fidem:

RVDOLPHOTTOCARVS

Semel inde primus regium Bolesleus⁸
 Diadema gestans: tertius post nominis
 Rex huius acer Marte perrumpit quater⁹
 Minata celo montium cacumina:
 Populatur agros: viq³ Vissegradum caput
 Regni, atq³ Pragam seu Casurgin occupat.
 Non octo subdunt Marte nos sibi Caesares⁸
 Ego gesta quantum prisca reuoco temporis.
 Subacta¹⁰ magno namq³ primùm Carolo
 Est nostra nati gens manu cognominis.
 Arnolphus vrbis victor Ausoniae hanc domat:¹¹
 Franant superbos tres & Henrici duces.
 Nam primus acie Saxo Vensoleum capit.¹²
 At Boius alter subiugat Bolesleum:¹³
 Henricus altum tertius Bratisleum¹⁴
 Tandem secundo Franco bello deicit.
 Quid magni¹⁵ Othonis; quid secundi hoc nomine?¹⁶
 Salici trophaeum quidue Conradi eloquar?¹⁷
 Henricus hostem quintus auxilijs tamen¹⁸
 Nostrum retundit: Pragam & obsidio leuat.
 Hi pene cuncti transuolârunt inuia
 Propè visa cunctis. Fidat ergo quis loco?
 Quis scit; Rudolphus mente quid verset vafer?
 Perspecta regni cuncta penitus qui tenet:
 Clarum & triumphis quem tot orbis prœdicat.
 Nec spernere hostem fas, vt eneruem putes.
 O T. Armis petiti sunt duces: manus attigit
 Propè nulla reges: vis & Ottocarum premat?
 Quòd ego Quiritum sceptrum si ferrem potens:

Gemino

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Gemino tuerer regna robore fortiùs.

Non Brandeburgi struxi Othonis calculo; ¹⁹

Vt anteferrer, clam Rudolphum euertere?

Orbi tremendum mèue folio ponere?

Cur inuidebas tale tu domino decus?

R. I. *Publica tuendo sed domi tua corruant. ²⁰*

Cedente fortis torpet vt miles duce:

Sic agra languet pars, & imperij cadit:

Si rector absit. Esto coram; si velis

Cauisse motus, arma vel compefcere.

Ita honos onus, vel munus est funus propè.

O. T. *At honore longè Cæsarem mihi cedere*

Vos iactitastis: spiritus hoc impulit:

Hoc facere nihili suasit imperij status.

Ad bella rapidas subdidistis vos faces.

R. I. *Haud bella regi; sed quietem suasimus.*

Etenim beatum parte ab omni prædices:

Cui parta regni iure libertas; quies

Et placida vitæ ducitur felicitas.

O. T. *Ego liber habear; regna cum mea seruiant?*

At inulta vos hæc ferre patiar tam diu?

R. I. *Ab reprime iras cum minis: te respice*

O. T. *Tene impudenti fremere tecum murmure?*

Camera magistrum vendites te regia? ²¹

Exutus esto munere: & cum posteris

Me rege vitam transigas inglorius.

Prodite verò & vos mei duo lumina,

Et fulcra regni scilicet: quò vos fuga

Proripitis? ora mox pudenda reflectite.

RVDOLPHOTTOCARVS

Exite vestris properè agris & arcibus:

Exite: pulcro tu Guilelme è Podiebrad.

Tu cede celso VVarteberge Glazio.

RI. *O parce: vulgi nos nec in risum abijce.*

OT. *Et restitatis? tanta sed quid tam leuis
Flagitia multo? in frustra cur non vos seco?*

Radijs rotarum membra necto infamia?

Lanianda vel do canibus? aut si gratiam

Tamen hanc meritis; capita mucrone aufero?

RI. *Per regiam te dexteram amplexus pedes*

Obtestor. OT. aufer. RI. da tamen precibus locum.

OT. *Mussare & ausis? rapite carnifices manus:*

Has vos barathro inijcite caco bestias.

Mærore corda; membra tabescant situ.

Pars vna seræ iusta vindictæ meum

Saturauit animum: mens stat alias aggredi.

Meis 1. Dubrauius. 2. Idem. 3. Lazij genealogia. 4. Auentinus. Historia Germ. scripta. Chronicon Salisburgense in Friderico episcopo 39. Iordanus itidem. 5. Hos enim habuit consilij autores; sed Ricianum in primis. Dubrauius. 6. De Bohemiæ situ ac fluminibus legatur Aeneas Syluius. Dubrauius & Boregk. Gemmifer autem & aurifer fluuius est Vottraua. 7. Cromerus lib. 3. factum circa annum 995 Aeneas Syluius & Dubrauius hæc paulò aliter narrant. 8. Cromerus ibidem. 9. Cromerus lib. 5. hæc diligenter persequitur. 10. Circa annum Christi 798. Benedictinæ religionis monachus in Carolivita, Eginhartus, Beatus Rhenanus lib. 2. Germaniæ. Petrus Albinus in Misnia ex Aimonio lib. 4. cap. 81. N. Reufneri Cæsares. 11. Petrus Albinus. Cuspinianus, qui tamen inquit: Bohemos
ab

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

ab Arnolpho in Bauariæ finibus; siue in Marahensium regno fuisse victos. 12. Henricus auceps scil. Cuspin. Philip. Reufneri Cæsares. Munsterus lib. 3. cap. 18. Ri- uandri Turingia. 13. Cuspinianus, Nauclerus, Phi- lippus lib. 4. AENEAS SYLVIUS cap. 19. Ioan. Baptista Egnatius, qui Bohemum tamen Odelricum vocat. N. Reufnerus. 14. Nauclerus generatione 35. Cro- merus lib. 4. Reufnerus. AENEAS SYLVIUS & DUBRAIUS. 15. Bolestaum compescentis scil. Philippus lib. 4. Cu- spinianus, N. Reufnerus. 16. Bolestaum frænān- tis scilicet. Philip. Reufnerus. 17. Bohemos tu- multuantes cohibentis. Philip. Cuspinianus, Reufnerus. 18. Cuspinianus. 19. Philippus lib. 5. Munste- rus lib. 3. cap. 18. Cuspiniani Rudolphus. Ottocarum enim imperij dignitatem affectasse, omnes penè con- sentiunt; eam verò sibi oblatam respuisse, Dubrauius & AENEAS SYLVIUS asserunt, Quod considerato rege domi- nandi cupido, & regina maximè tumida, verisimile mi- nimè videtur. Boregk vtramque scriptorum opinionem saltem recenset. 20. Dubrauius; vbi hæc ferè ar- gumenta ponuntur; Ottocarum ab imperialium fasci- um molestijs dehortantia. 21. Erat enim Ricianus hic regni Bohemici Camerarius. Legatur de his Dubra- uius circa finem libri 17.

III.

CVNIGVNDIS.

OTTOCARVS.

NVTRIX.

AGNES.

C S

RVDOLPHOTOCARVS

ARG. Rescissa mutuae affinitatis foedera. Vita monialis graue virgini iugum. Filia in monasterium detrusa. Similium exemplorum expositio.

- CV. Sic complaceres: iam probasti te virum.
 OT. At faxo, votis plura me dare sentias.
 CV. Affinitatis, quid, neget si fascinum?
 OT. Rescissa in animo pacta iam sunt omnia.
 Agè virginali nata adesto cum grege:
 Dicata sacris templa virginibus petat.¹
 NV. Generùmne, mi rex, tu Rudolphum respuas?
 OT. Deuota superis virgo vitam transigat.
 NV. Affinitatis iura diuersas ligant,
 Decorantq₃ gentes: genus & ipsum fulciunt.
 Et tu nepotes solus exosus fugis?
 OT. Columna regno sufficit natus meo.
 NV. Num vita iuri, fata vel parent tuo?
 Aut rapere puerum Parca septennem pauet?²
 Quid si, sed absit, flore Vensoleus suo
 Iam cadat: Et Agnen³ prole fraudes calibem:
 Regnisq₃ cedas morte: non sterilis toro:
 Imò videri natus indignè queas?
 CV. Nullus sit haeres potiùs, hostis quàm serat.
 NV. Expers iugalis vita lecti libera
 Sit cuiq₃; nulli seruitus: periculi
 Res namq₃ plena est: tu sed adigas filiam?
 OT. Exire mundo desides: ac Calibum
 vitam

AVSTRIACA TRAGOEDIA

- Vitam auspicari; thus Deo suauissimum.*
- N V. *Libera coactis vota sed praestant sacris.*
Non puriori nata longè pectore:
Et sanctiori seruiat superis fide:
Extra sororum claustra; quàm vi condita?
- O T. *Meliùs Deo mens vacua terrenis vacat.*
- N V. *Reconde corpus mille vel penetralibus:*
Alterius vlli cor nec astringes loco.
Animus puellæ & flamma haberi clam nequit.
Vt nil patretur re scelesti: mens tamen
Lasciua & aures, lingua & oculi adulterant.
- O T. *Colloquia resces fæda, socios, purpuram,*
Ludosq;: & ignes pectoris tolles vagos.
- N V. *Submitte Genio membra, molli & ocio:*
Non delicatum mox cor incendes face?
- O T. *Aetas calorem facile restinguet satum.*
- N V. *Animus senecta continens non continens:*
Imbellis ægri sed libido est corporis.
- O T. *Generosa nata pectora ingenio tuo*
Metire? mentem an lac tuum inseuit parem?
Gannire cesses: nil anus regem mouet.
- N V. *Quid muta tu stas? cur modò aufers lumina?*
Modò huc retorques? non reserues filiam?
- C V. *Rata sunt, quæ rex cunq; consilio gerit.*
Proh dura mater: voce tam sancta modò
Mereare dici duriolem ô cautibus:
O te leana seuiorem & tigride.
Patrisne cacum te furorem incendere?
Tu misera tentes virgo, quid valeant preces.

Ab pa-

- A G.** *Ah patere flecti, mi pater. O T.* Non audio.
- A G.** *Hei parce misera. O T.* Nil agis. **A G.** pater obsecro.
- O T.** *Ne mihi repugnes, nata: maiores pia
Sequare nostros. Non auo cretam meo⁴
Imiteris Agnen? non Deum pro Cesare
Sibi Friderico sancta sponsum delicens
Vitam peregit precibus ad Clare innubam?*
- N V.** *Non eximatur nympha vel vi carcere;
Sponsi vel astu? sana non Bratisleus⁵
Reginoburgi⁶ penetrat: ac Iutham dolo
Vota simulando Caesaris natam rapit?
Gladij catenam à foribus ictu, & dissecans
Prædam apparato clam petitam aufert equo?
Romana quondam ceu Sabinas gens rapit⁷
Circo sedentes; generis in semen sui.
Primus Moraunos nonne Marchiades tenet
Hac sibi iugata: dein Boëmos post patrem?
Quæ gesta memini te referre inter dapes.*
- O T.** *Siratio caueat; nil valet vis nec dolus.*
- A G.** *Hei quod tulisti, mater, aluum! vel patri
Inuisa duro nata luci prodij!*
- C V.** *Cur patria spernis iussa? nil curas Deum?*
- A G.** *Operabor vni cuncta, dum spirem, Deo.*
- C V.** *At virginali iuncta si psallas choro:
Thus vigil ad aras suavius Diuis litas.*
- A G.** *Vt sacra fugiam; sanctus auertat Deus,
Sed triste nata, luctuosum, ac flebile
Est mihi futurum: me tuo sic, mi pater,
Conspectu: & oculis, mater ô mea, me tuis*

Orbari:

AVSTRIACA TRAGOEDIA

Orbari: & agram mente vobis millies
Desideratis, proh dolor, tabescere.

OT. At patre viues cum Deo: & socias via
Tibi atq; vitæ perpetes iungam decem:
Quæ gente celebres: cara & à teneris dies
Noctesq; fallant: si tamen quid erit graue.

AG. Da quæso spatium. OT. Dicta non flecto retro.

AG. Menssem vel vnum. OT. Non sat indulsi diu?

AG. Per dexteram oro: genua per supplex rogo:
Propitia cali te precor per numina.

OT. Exuite natæ regium: istis nobilem
Adimite amictum: congruas sanctæ stolas
Inijcite vitæ. Serta capitum florea
Abijcite: gemmas atq; fusos forfice
Auferte crines. Sponsus assertas sibi
Christus coronet. Nil profani vos tegat;
Nec tangat vnquam: mente aditis iam polum.

AG. Mutata quantum hei misera sum: spectaculum
Hem triste nutrix. NV. Corda proh adamantina.
Ergo supremos genitor amplexus cape:
Nunquam tueri quem licebit: tu meis
Te da lacertis: oscula & pia suscipe,
Dilecta mater: dura me licet abdicēs.
Quid corda pulsas, cara nutrix? ne gemas.
Hanc tibi perennis testem amoris dexteram
Habeto: curam cum mei officijs pijs
Pensare nequeam: salue, & æternum vale.

OT. Iehoua longum, nata, te incolumem tegat.

CV. Hostilis, addo, ne manus tibi vim ferat.

Ad

RVDOLPHOTTOCARVS

- OT. *Ad templa Diuūm vos ministras ducite.*
 AG. *Ergo sorores ite consortes precum:
 Vitæ innocentes ipse respiciet Deus.*
 CV. *Odij vltra partem sum mei: rex cetera
 Peragito: sed tu nate quondam nuptias
 Fugito execratas: matris vltrices tuæ
 Aut persequentur te Deæ infandis modis.*

Templa. 1. De filia in monasterium decem cum puellis detrusa videatur Dubrauius: Crato in proœmio; Chronici Colmariensis pars altera. Additiones ad Cosmam Pragensem dicunt: virgines hasce monasterio S. Francisci esse inclusas. 2. Erat enim Venceslaus septem annorum puer. 3. Prima huius actus scena nota 16. 4. Dubrauius lib. 15. Boregk. 5. Dubrauius lib. 7. secutus AENEAM Syluium, dicit: Othonis cognomento Ruffi hanc fuisse filiam Iutham: Thomas Iordanus in marginalibus expressè Othonem III ponit. Idem facit Boregk. 6. Sic Ratisbonam Auentinūs vocat. Hoc ei à vulgo nomen indi, Cuspinianus in Arnolpho scribit: cum à peritioribus Reginoburgum vocetur. Quod nomen ei Reginus vel Regenus fluuius haud dubio fecit. 7. Liuius lib. 1. Halicarnass. lib. 2. 8. Imò Venceslaus hic Iutham Cæsaris filiam postea duxit. Defuncta verò matre vitricum Zebiscum nobilem Bohemum securi percussit: ac patrios thesauros à matre abalienatos recepit. Albertus Argentinenſis, Cuspiniani Rudolphus, Dubrauius.

CHORVS.

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

C H O R V S.

ARG. Fœmina infandorum malorum toto in regno auctor. Mûliebris imperij ac animi in viro vxorio detestatio.

Pestes proh varias ; vna dedit grauis
 Partu quas tetrico fœmina iam breui.
 Ex hac Margaridos prodijt Austria
 Cædes : regis amor fundere sanguinem.
 Discerpto immeriti corpore tot viri:
 Caudis quos bijugi proriperent equi.¹
 Enses, vnda, rogi ; cum crucibus rotæ
 Carcer perpetuus : quicquid & insolens ;
 Aut immane animus concipit impius.
 Cumanæ rabies gentis, & Hunnicæ
 Strages Austriadûm : Marcomanûm frequens
 Clades : Styriadûm : totq₃ cadauera.
 Acres consilijs, ac meriti bene
 Cum turpi officijs depositi nota.
 Magni risus honos Cæsaris ac boni:
 Ac bellum imperij tam graue vindicis.
 Rupto deinde fides fœdere perfida:
 Martis lethifera & sanguinei faces:
 Et fatum patrj terrificum soli.
 Hanc fœcunda mali progeniem viro
 Regina Ottocaro per Furias dedit.
 At quid mira forent hæc ? siquidem ô parens
 Natam seuæ tuum bellæ sanguinem
 Abiecisti odio Cæsaris impio?
 Quàm verè ingenij fœmina tam feri

Priscis



Priscis dicta fuit tigris, aper lea,
 Vulpes, vrsa, asinus, pardalis ac lupa.
 Ut sint innumera: trux superat tamen
 Immani mulier quamque animo feram.
 Imò mucro, rokus, crux, scopulus, mare:
 Grando, nimbus, hyems, cum tonitru Notus
 Ipsum vel potiùs naufragium est viri
 Dirum dura genus fœmina coniugi.
 At nil terra tulit; sol nec iniquius
 Vidit: quàm subigat fœmina si virum:
 Molli vel vir agat pectore fœminam.
 Turpe est regna virum, tot regere & viros:
 Ac imbelle sequi seruitio genus.
 Victrix Marte foris; victa domi tamen
 Pro palma referat ludibrium manus:
 Et probrum generis vir pereat sui.
 Felix quæ Salios; seu veteres sequens²
 Francos; imperio publica res genus
 Arcet fœmineum. Nulla regat nurus:
 Hæres sceptrâ Deo nî duce gesserit.
 Sed ecce regem: præsulit iuxtâ comes
 Seccanius:³ hostem frænâet ô si perfidum.

1. Chronicon Latinum scriptum. Quæ hîc horrenda facinora breui recensentur catalogo: tota passim tragœdia latiùs explicantur. 2. Veteres enim Franci Saliij ab amne Sala dicti, salicæ quoque legi nomen fecerunt: cuius verba sunt; IN TERRA SALICA MULIERES NE SVCCEDANT. Hermannus Nuenarius in proœmio in res Caroli magni gestas. Philippus

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

lippus & Cuspinianus in Conrado Salico. Beatus Rhenanus lib. 2. de Francis regibus. lib. 3. de Salingostadio. Liber Feudorum. Fit mentio Salicæ legis xii. q. 2. cap. in legibus, in prima glossa. 3. De hoc præfule vide primam sequentis actus scenam nota 5.

ACTVS TERTIVS

I.

OTTOCARVS.

BERNHARDVS.

ARG. In rege pertinax Cæsaris contemptus. Bernardi in comitijs periculum. Honestæ eius suasa. Congrua septemuirum electo Rudolpho suffragia: eo coronato miracula: de capeffendo huius imperio præfagia. Ottocari à Pimislao: Rudolphi ab Austrasiæ & Galliæ regibus: vel ab ipso Franco descendenti collatio. Multa vtriusque familiæ; & Habsburgensi præfertim sanguinis memorabilia. Habsburgorum ex occidentali Austria in orientalem transitus, propagatio; & maiestas.

OT. *Clangant per auras æra: raucum tympana
Dent murmur: aciem tempus hinc educere.*

BER. *Dimitte potiùs copias, rex, obsecro.*

OT. *Non vindicarem iure despectum mei?*

BER. *Expende, quoties tu Rudolphum illuseris.*

Non spernis vrbis prima saltem Noricæ¹

Concilia: & agris quæ secundo confluunt:

Vbi stant odoris dicta ab herbis mœnia:²

Sed fraude adactum Boium & Henricum sacris³

D

RVDOLPHOTTOCARVS

*Arces Quiritum. OT. Non vocatus tertio
Dux legat Vtini⁴ praesulem? & te nuncium⁵
Vindelicam in urbem mittimus nos regium?⁶*

*BER. Dispare sed agimur sine: veniam Bauarus⁷
Supplex meretur: tu Quirites⁸ impij
Astringis ausi; & vota damnas irrita:
Ipsam execraris, ceu sacrilegum,⁹ & Caesarem.
Repente totus frendet ad vocem minax¹⁰
Dictis senatus: mandat, os frenem impudens:
Conspectu & abeam, ne quid experiar graue.
Ut Caesar autem indulgeat clemens via:
Vix vrbe cedo, & tectus elabor manu.¹¹*

OT. A rege missum visne legatum necet?

BER. Non tu? OT. Quirini me Rudolpho subiugent?

*BER. Calcare pedibus res magistratum grauis.
Reputato, quaeso, quae prius: quae post redux
Laeso senatu tam pie tibi suaserim.¹²
Ast vbi Rudolphum persequi tu pertinax
Pergis: coactus Marte foedus mox feris.¹³
Iam pacta bello rumpis;¹⁴ at tibi noxio.
Nam peieratum vindicant ius Calites.*

*OT. Quod fit coacte; ius nec est, nec sit ratum.
Rursusne adorem more lectum barbaro?*

*BER. Non iure legitur? quem Palatinus creat¹⁵
Ludouicus vnum; iussus aliquem liberè
Proferre dignum? Francofurti¹⁶ cui sacer
Procerum senatus ore plaudit congruo?¹⁷
Hostestor oculos, has & aures ac fidem.*

OT. Mogani sacerdos at duces ita fascinat¹⁸

V Verne-

AVSTRIACA TRAGOEDIA

Vernerus; ortus gente Falcensteinidum.¹⁹
 Cui Romam eunti, ac inde reduci quod fuit
 Ductor: ²⁰ Rudolphus recipit hanc iam gratiam
 Reginoburgi nonne mystes ²¹ nomine
 Albertus ac re MAGNVS Vbiorum ²² viro
 Incantat isto, ac Treuirum ²³ Septemviro?
 Mechtildin ²⁴ autem clam Palatinus petens:
 Albertus ²⁵ Agnen Saxo: Brenniades Otho
 Heduigin; ²⁶ omnes sorte vidui tres pari: ²⁷
 Proci ²⁸ impudentes dant patri suffragium.

BER. Quin Rauracorum totus Augustam quatit
 Bello Rudolphus: legitur vt regno inscius: ²⁹
 Fridericus autem Zolrius procerum noua ³⁰
 Huic dicta portat: media & aggreditur ducem
 Iam nocte castris. Consobrini ³¹ at nuncia,
 Ceu vana ridet: vera reputans post tamen
 Renuit Rudolphus: scepra & inuitus capit.

OT. Inuitus autem? non Aquisgrani ³² virum
 Diadema cingit: nuptam & Annam Hohebergida? ³³

BER. Decreta Diuum pertinax num respuat?
 Quod emere iam sex are riuales graui ³⁴
 Valuere nunquam: sponte regnum huic obuenit ³⁵.
 Nutu Iehouae: signa sancta qui crucis, ³⁶
 Christumq; scepri fert loco: hostes quo cadunt.
 Fridericus ipso creditur primus polo
 Demitti: vbi vno legitur olim calculo: ³⁷.
 Ac dulce pacis prabet omen nomine. ³⁸
 Consilia dubijs sic Rudolphus ac opem
 Rebus ministrat: nomen innuit vt sacrum.

RUDOLPHOTOCARVS

Hoc signa lecto & missa testantur polo.
Non Rheni ad urbem, quam vocant Boppardiam; ³⁹
Offertur illi cum corona lancea, ⁴⁰
Sacrata regni signa? magno à Carolo
Autore ritus quod datum nulli ferunt: ⁴¹
Non instar astri crux micans auro sacra ⁴²
Super alta Mariae templa perstat? ferreum
Diadema Diuis dum vocatis rex capit?
Infusa pridem Clingio quid somnia ⁴³
Referam Baroni? non videt Septemuiros
Circo sedentes? non coronam singuli
Medio iacentem mole frustra per grauem
Leuare tentant: Caesaris signum noui?
Diadema solus sed potis humo tollere;
Iussus leuato se Rudolphus induit.

O T. Portenta somni quid refers? ego paream;
Sua cingat ipse cum sacrilegus tempora?

B E R. Grauiora discas. Huic Rudolphum muneri
Primis ab annis destinârunt Calites.

Ita nam Fridrico vir secundo siderum
Cecinit ⁴⁴ peritus: fonte quem testis sacro
Lotum leuasti, ⁴⁵ Caesar: aula & iam foues ⁴⁶
Iuuenem, inquit: orbis spes & afflictis salus:
Quondam Rudolphus te subibit sceptrifer:
Nunc humilis, olim præpotens: te cum sati
Terras relinquent. Fata & euentus probat.
Quin aula iuueni sese honorato leuat: ⁴⁷
Quoties aditur Caesar; & viso hoc stupet.
Quæ dignitatis certa erant præsagia.

Quasi

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- O T. Quasi non Rudolpho digniores laus vehat:
 Ac ditiores. BER. Bellicum, rex, bellicum 48
 Funestus orbis iam virum exposcit status:
 Qui raptare pareret: fracta & instauret manu.
- O T. Parere seruo, sed graui indignum viro.
- BER. Si vel colonum; è face populi vel virum
 Iehoua regem ponat: huic flectas genu.
 At quis Rudolphi nomen, artes, vim grauis 49
 Ac flumen oris, totq; virtutum decus:
 Consilia, pectus mite, fortitudinem,
 Felicitatem: facta deniq; regia:
 Quis nescit, inquam, hæc in Rudolpho illustria?
 Tu constitutus si fores mundi caput:
 Num contumaci tu Rudolpho parceres?
- O T. Vel capita celsæ flecterent mihi populi.
- BER. Populis sed illum cum velit dominarier
 Diuûm potestas: mite cur spernas iugum?
 Hoc Boium vt Auceps mouit Arnoldum modo 50
 Henricus: arma vt poneret, quamuis Malus: 51
 Sic cede monitis, quaeso; tela & proijce.
- O T. Vtriq; sors est, par & ortus; quos refers.
 Quantum Rudolpho sed meum distat genus?
 Fortuna quantum: dignitas ac nominis?
 Quis non Lybussam nouerit Croco satam; 52
 Zechum secuto gentis autorem meæ?
 Generis parentem quis mei Primisleum 53
 Ignoret? ortus qui tot est priscus ducum:
 Octauus à quo sum gradu & trigesimus: 54
 Diadema quintus gesto sed iam regium. 55

RVDOLPHOTOCARVS

BER. Non semper altos stirpe & atavis nobiles:
 Humiles sed ortu, sorte egenos; at probos
 In regna ponit rex Olympi gratiâ.
 Gregis magistrum sic pusilli; & fratribus
 Ducit minorem singulis in regiam:
 Pastorem & vngit Dáuidem gentis suæ.⁵⁶
 Progenitor olim quis fuit Primisleus;
 Quo gloriaris? non arator? non equi
 Sine freno euntis liberè indicio virum
 Lybussa thalamo deligit vates suo?
 Non ille mensa prandet vt iam ferrea:
 Versoue Cereri caseum addit vomere:
 Eductus agris dux Bohemos post regit?
 Basilius olim Macedo sic venum datur⁵⁷
 Genitus colono: fræna & imperij capit.
 Humana Diui nam suo arbitrio rotant:
 Humilia celsis; summa miscent infimis.
 Nec sanguis vlli tam fuit mortalium
 Sublimis: autor cuius olim non foret
 Vel pastor: aliquis sordidi vel muneris.
 Numerare auorum & gesta quid iuuet ardua?
 Aliena, non laus nostra, maiorum est decus.
 Virtute niti; non decet natalibus.
 Si genere vrò mens tibi est contendere:
 Quis sit Rudolpho maior, aut antiquior?
 OT. Habsburgidarum tune Comitum sanguinem
 Ad astra tollas? cuius arcem hoc nomine:
 Quo gens tumescit tota; tritauus, nescio
 Quisnam Rapoto,⁵⁸ struxit ad Vogesi iuga:⁵⁹
 Tigurino

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Tigurino in agro Plimimeri fontem prope:
Iaculatur vndas qui calentes gurgite.

BER. At gentis autor Francus est huius tamen: ⁶⁰

Francus vetusti rex Sicambri: Octauio ⁶¹

Gallos secundo subiugat qui Cæsare:

Francum subactæ nomen ac genti facit.

Reliquos amicè at demerens sibi Teutonas

In præpotentes arma Romanos rapit. ⁶²

Hoc vtraq; ab vno parta bellis Francia:

Burgunda tellus: vber Austrasiæ solum:

Alemanni & olim Franco ab vno deniq;

Ceu stirpe reges traduce accipiunt suos. ⁶³

Et ab hoc Rudolphus serie auorum perpete

Per ter nouenos ac decem fluxit gradus. ⁶⁴

Ergo antè, natus quàm foret Primseus:

Genere Rudolphus septies centum suos ⁶⁵

Plures & annos iam nituerat regius.

OT. Quo teste verò ducta tot per secula

Tu comprobâris, mersa iam caligine?

BER. Monumenta veterum scripta cum diplomatis: ⁶⁶

Prisca & Rudolphi ducta Francis lilia ⁶⁷

Insigne gentis perdocent Habspurgica:

Quæ posita campo quina fulgent cærule.

Clodoueus autem profatus Franco sui ⁶⁸

Rex ille Galli, fontè Remigij vt sacro ⁶⁹

Christum induebat; terna primus lilia ⁷⁰

Signis gerebat arma mutans patria.

Ludouicus illa & luce cepit dicier.

Clypeo Rudolphi & qui leo rubet aureo: ⁷¹

RUDOLPHOTOCARVS

Referente cinctus purpuram diadema;
 Mea firmat itidem dicta: Burgundi ferunt⁷²,
 Quae signa reges, gente Franciadum sati.

O T. Quae dura verò fata deijciunt virum:
 Genus aut Rudolphi, vt tu refers, tam nobile?

B E R. Propago generis lata regnum partiens:⁷³
 Quondam duellum ac triste fratrum, proh dolor.
 Theodricus agri namq; Burgundi potens;
 Theobertum vt armis cœdit Austrasium impijs;⁷⁴
 Regno & potitur: vix Agrippina miser
 Caso superstes patre Sigebertus fugit:⁷⁵
 Per celsa missus, patruo clam, moenia.
 Godofridum & inter ille Genebaldum duces
 Genere propinquos vrbe clam Franca latet;⁷⁶
 Art auni: ab herbis nunc odoris quam ferunt.
 Horum inde ductu fata patru post trucidis:
 Dono & tenentis Galliam Lotharij⁷⁷
 Adit Alemannos dux in agris Heluetum.⁷⁸
 Diadema nunquam regium tamen hic gerit:⁷⁹
 Titulosue auitos; lege Gallo subditus.
 Et ab hoc per annos sexies centum exule⁸⁰
 Numerosa sobole & laude progenies fluit
 Habsburgidarum. Gente ab hac & principe
 Gentes tot aliae iam celebres sunt datae:⁸¹
 Quibus Heluetarum, Sueuum & offert se solum.

O T. Genus vt vetustum longus orando euehas:
 Tamen haud Rudolphum sceptri honor sacri decet:
 Vix Comitem ab aula iam remotum regia.

B E R. Quin dignitatem principum titulis refert⁸²

Gens

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Gens tota priscis, Marte partam & stemmate.

Non ortus hac est stirpe Reinfeldi Comes,⁸³

Dux⁸⁴ inde Suevi? non ducentos proximum

Ver⁸⁵ egit annos: Caesar idem cum fuit

Lectus Rudolphus nominis primus sui?

Quarti sed odio lectus Henrici,⁸⁶ & dolo

Persuasus: acie casus ac post vindice.⁸⁷

O T. Eadem Rudolphum iam secundum fors ferat:

Ego ultor hostem iustus excindam solo.

BER. Quid Marte verò si cruento tu cadas?

Et se Rudolpho regna tradant, quæ premis?

Aliquid profectò fata diuini ferunt

Hoc in Rudolpho: signa quod iam tot probant.

Austrasiam⁸⁸ & olim, Gallicam vel Austriam⁸⁹

Series auorum ceu tenebat regia:

A monte Vogesi quos agros ad Treuerim,

Vbiorum & urbem, structa Metij & mœnia⁹⁰

Mosa cum Mosella & Sara cum Rheno rigant:

Sic iam Rudolpho, sic & huius posteris

Ad solis ortum fata spondent Austriam.

O T. Quæ noua Deorum fata tu tibi somnias?

Meumne stirpi cedat inuisæ genus?

Quin eruatur tota progenies solo.

BER. Non eruetur: Dij quod imperio genus

Ipsi futuris consecrârunt seculis.

Omnes in orbis quod plagas propagine

Rerum potentes mittet olim principes.

Quid si Rudolphi gente plures hac sati:

Alberti & olim: cum Fridricis Caroli:

RVDOLPHOTTOCARVS

Fernandi & animis: prouocatis Maximi

Aemylij & armis: hoc & alij sanguine:

Quid orbis, inquam, sceptrum si quondam gerant?

OT. *Principia gentis tollere exosa iuuat:*

Memori vel ipsum nomen auro excindere.

Hunc ego per enssem iuro: fulmineum potens

Quem quatio dextra: cuncta testor sidera:

Vos, diui, & omnes. quid moror? me sentiat:

Magnum vel hostis praestet armis Herculem.

Noricæ 1. Auentinus, Mutius, Nauclerus, Cuspinianus, Philippus, Chronicon Germ. scriptum, Stumpfius, Dassel. 2. Fasti Dominicanorum Colmariensium parte priore. Auentinus, Duo chronica Austriae scripta, Cuspinianus, Lazij genealogia, Gerardus. 3. Auentinus, Cuspinianus. 4. Auentinus ait: praefulem hunc Vtinenem id est, Otingensem fuisse, Gerardus, Lazius lib. 7. migrati. dicit: urbem eam literatis vtinū dici: quam vulgus Odinzgam nominet. Duo chronica scripta. 5. Bernhardus hic Seccouij vel Seccanij monasterij Styriaci praepositus vel episcopus fuit: cuius vt viri doctissimi & eloquentissimi opera Ottocarus in Comitij imperialibus fuit vsus: Mutius, Auentinus, Nauclerus, Gerardus, Historia lat. scripta, Germanicus scriptus liber ait: Bernhardum hunc Episcopum fuisse Olomuntium. Cuspinianus inquit: Brunonē Olomucensem Ottocari legatum fuisse. 6. Primæ notæ scriptores. 7. Mutius, Gerardus autem & Auentinus aiunt: Bauarum & Bohemum imperij hostes in Comitij fuisse declaratos. 8. Mutius. Paralip. ad Vrspergenssem. Nauclerus. 9. Ibidem. Gerardus, Hardeuugus. 10. Auentinus Chronicon Germ. scriptum, Gerardus. 11. Ibidem. Chronicon latinum. 12. Mutius, 13. Priore scil. bello. Vide notam 23. procemij. Itē Cuspinianum, Auen-

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Auentinum, Mutium. 14. Bello secundo scilicet. Ibid. 15. Auentinus, Chronicon scriptum Germ. Gerardus, Stumpfius lib. 12. cap. 26. A cæteris autem electoribus in confesso iussus est; aliquem idoneum nominare & decernere imperatorem. 16. Mutius, Chronicon Ger. scriptum, Philippus, Cuspinianus, Alb. Argentinensis. 17. Auentinus. Chro. Germ. scriptum, Vrstifius lib. 2. cap. 21. Gerardus, Hardeuigus. 18. Cuspinianus, Alb. Argentinensis, Lazij genealogia, Paralipomena ad Vrsperg. Gerardus, Vrstifius lib. 2. cap. 21. 19. Vrstifius ibid. 20. Rudolphus enim huc inuestituræ caussa, vt loquuntur, Romam euntem in Italiam deduxit, & reduxit: Vrstifius, Cuspinianus, Alb. Argentinensis. 21. Lazij genealogia: Hunc anno 1254 vixisse, Naclerus generatione 43. anno verò 1280 obiisse, Auentinus lib. 7. scribunt. 22. Coloniensi Electori: Lazius. Cum Alb. Argentinensi Moguntinus etiam Coloniensi & Treuirensi Rudolphum commendauit. 23. Lazius ibid. 24. Auentinus, Philippus, Suntheimius, & Cuspinianus in Ludouico Bauaro hanc expressè nominant. 25. Philippus, Suntheimius, & Hardeuigus: qui ordine recēset Philippum secutus: quibus omnes quinque filiae fuerint elocatae. Vixit hic Albertus diutissime: & suos minores in quintam usque generationem vidit: Kranzius lib. 8. Saxoniae. 26. Gerardus etiam hanc nominat, quod nomen ab auia paterna comite Kyburgica fuit fortita. 27. Tres electores tum viduos fuisse: docet Albertus Argentinensis, & Vrstifius lib. 2. cap. ultimo. 28. Ibidem. Cuspinianus ait: Rudolphum duas filias duobus statim electoribus elocasse: & Munsterus libro 3. cap. 19. 29. Albertus Argentinensis, Cuspinianus, Suntheimius, Vrstifius, Stumpfius libro 12. cap. 26. 30. Albertus Argentinensis, Cuspinianus, Gerardus. Sed addit hic: priorem nuncium fuisse Henricum

ricum

ricum Pappenheimensem Mariscalcū : altera verò nocte cum principum diplomatis hunc venisse Fridericum.

31. Alb. Argentinensis, Paralipomena ad Vrsper. Philippus : Lazius autem lib. 3. migrati, ait : hunc Elisabetham Rudolphi Cæsaris sororem habuisse coniugem. 32. Alb. Argentinensis, Auentinus, Cuspinianus, & plures.

33. Chronicon scriptum Germ. Eyzingerus, Philippus, Cuspinianus, Vrstisius, Munsterus lib. 3. cap. 58. & cap. 18. in margine ponitur: Hohebergam Rotuuilę vrbi esse propinquam. Auentinus autē Stumpfius & Nauclerus aiunt : Annam hanc Burghardi Haigerlochij fuisse filiam.

34. Philippus lib. 5. Lazij genealogia. Cuspiniani Cæsares interregni tēpore lecti. 35. Lazius, Auentinus, Gerardus, Historia Ger. Scripta, Chronici Colmariēsis pars secunda, Vrstisius. 36. Nauclerus, Gerardus, Cuspinianus præcipuè. 37. De concordia Friderici electione legatur Otho Frisingensis de rebus Friderici lib. 2. cap. 1. Nauclerus generati. 39. 38. Cuspinianus, Vrspergensis. 39. Kranzius lib. 8. Saxonix : Nauclerus generatione. 39. Dicta hæc olim Bodobriga Be. Rhenanus lib. 3. de Mediomatricis. 40. ibidem. apud Kranzium.

41. Kranzius ibidem. 42. Ibidem. Et Hardeuigus.

43. Chronici Colmariensis pars altera. 44. Cuspinianus, Gerardus, Alb. Argentinensis. 45. Cuspinianus & Gerardus. 46. Cuspinianus. 47. Eiusdem scilicet Friderici aula : Alb. Argentinensis, Cuspinianus, Gerardus. 48. De hoc omnes consentiunt scriptores.

49. Hæc toto ex hoc scripto satis elucet : & consulantur Auentinus, Cuspinianus, Vrstisius, Lazius, Gerardus, Philippus, Munsterus & alij. 50. Cuspinianus in Henrico Aucupe. 51. Hoc enim Henrico Bauaro cognomē erat.

52. Dubrauius lib. 2. Martinus Boregk, Aeneas Syluius, Nauclerus genera. 39. 53. Ibidem. 54. Tot enim viri,

41. Kranzius ibidem. 42. Ibidem. Et Hardeuigus.

43. Chronici Colmariensis pars altera. 44. Cuspinianus, Gerardus, Alb. Argentinensis. 45. Cuspinianus & Gerardus. 46. Cuspinianus. 47. Eiusdem scilicet Friderici aula : Alb. Argentinensis, Cuspinianus, Gerardus. 48. De hoc omnes consentiunt scriptores.

49. Hæc toto ex hoc scripto satis elucet : & consulantur Auentinus, Cuspinianus, Vrstisius, Lazius, Gerardus, Philippus, Munsterus & alij. 50. Cuspinianus in Henrico Aucupe. 51. Hoc enim Henrico Bauaro cognomē erat.

52. Dubrauius lib. 2. Martinus Boregk, Aeneas Syluius, Nauclerus genera. 39. 53. Ibidem. 54. Tot enim viri,

49. Hæc toto ex hoc scripto satis elucet : & consulantur Auentinus, Cuspinianus, Vrstisius, Lazius, Gerardus, Philippus, Munsterus & alij. 50. Cuspinianus in Henrico Aucupe. 51. Hoc enim Henrico Bauaro cognomē erat.

52. Dubrauius lib. 2. Martinus Boregk, Aeneas Syluius, Nauclerus genera. 39. 53. Ibidem. 54. Tot enim viri,

52. Dubrauius lib. 2. Martinus Boregk, Aeneas Syluius, Nauclerus genera. 39. 53. Ibidem. 54. Tot enim viri,

viri,

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

viri, à Primislao vsque ad Ottocarum, Bohemiæ sunt domi-
 nati, iuxta Dubrauium. 55. Dubrauius, Boregk, Aen.
 Syluius. 56. Lib. 1. Sam. cap. 16. 57. Cuspinianus, Phi-
 lippus, Zonaras annalium tomo 3. 58. Eyzinger, Stum-
 pfius lib. 7. cap. 13. Philippus lib. 5. Munsterus lib. 3. ca. 65.
 Bruschius de Albæ Augiæ monasterio; Gerardus Rapato-
 nem vocat, Spigellius verò in 12 Bartholini librum Habs-
 burgi conditorem constituit Othobertum. 59. De situ
 arcis ibidè agitur; Lazij genealogia, Bea. Rhenanus lib. 3.
 de Vindonissa. 60. Habsburgicorum comitum origi-
 nem, non à fabulosis illis Perleonibus seu Romanis; nec
 simpliciter ex arca Nohæ deduci; (cum & mei & tui ma-
 iores eadem vecti fuerint;) sed ab antiquissimis Franciæ
 regibus, & à Franco Sicambrorum rege descendere, con-
 stat. Consulatur Lazius lib. 3. migrat. & pluribus alijs lo-
 cis. Idem in Genealogia Auftriaca. Io. Trithemius, Auen-
 tinus lib. 2. de Gallieno. idem lib. 4. Eliæ Reufneri ge-
 nethliacon opus catholicum. Munsterus lib. 3. cap. 65. Eyz-
 zingerus in thesauro principū: Hermanni comitis Nue-
 narij proœmium in regum Francorum annales; eiusdem
 de origine ac sedibus priscorum Francorum narratio. Bar-
 tholinus lib. 12. Auftriados. Spigellius ibidem: & idè Spi-
 gellius in primum Ligurini librum inquit: meras esse nu-
 gas; quæ multi de Asiatica Francorum origine sint com-
 menti; cum antiquis. sint Germaniæ populi. 61. Lazius
 ibidem, Funccij chronologia, Nuenarius. 62. Opus
 Reufneri genealogicon; Lazius lib. 3. migrat. Funccij chro-
 nologia. 63. Lazij genealogia; de migrationibus gen-
 tium varijs locis. Eyzingerus, Munsterus lib. 3. Comes
 Nuenarius. 64. Iuxta Eyzingeri genealogiam in the-
 sauro positam. 65. Floruit enim Octauij Augusti tem-
 pore; Francus rex Sicambrorum; Primislaus verò iuxta
 Boregk anno Christi 722 primùm ab aratro in regnum
 fuit

RVDOLPHOTOCARVS.

fuit deductus: cum Francus Gallos ante annos iam septin-
 gentos ac plures subiecisset. 66. Quæ scilicet in archi-
 uis referuantur. Et Lazius in genealogia inquit: non leo-
 nem saltem; sed etiã diplomata & annales cœnobiorum
 fide dignos testari: Habsburgenses ab antiquis Francis de-
 scendere. 67. Videatur Vrstifius in fine lib. 2. ubi Ru-
 dolphi diploma anno 1573 festo B. Mauricij datum & in-
 signe ponitur: in quo supra virum cataphractum equo in-
 fidentem tria: infra verò duo conspiciuntur lilia. 68. Di-
 stat verò à Franco Clodoueus gradu 28. 69. Paulus Aem-
 ylius lib. 1. historię Gallicę. Comes Nuenarius in nar-
 ratione &c. Trithemius. 70. Aemylius ibidem. Mun-
 sterus lib. 2. cap. 30. 71. Vide diploma & insigne iam ci-
 tatum: vbi & in clypeo & supra galeam Rudolphus equo
 cataphractus insidens coronatum gerit leonem. In cir-
 cumferentia verò hæc leguntur sic scripta verba: S. C. O-
 M I T. R V D O L F I. D E. H A B S P V R G.
 L A N T G R A V I I. A L S A T I E. 4. 72. La-
 zij genealogia, vbi inquit: insignia Habsburgensium sunt:
 qualia Burgundię regum. Leo verò fuit eorum decorum,
 rubens in aureo clypeo, redimitus corona cœlestina.
 73. Lazij genealogia: & migrationes gentium. Eyzinger-
 us, Trithemius. 74. Ibidem. Et Francisci Tertij Ber-
 gomatis opus de Austriacę gentis imaginibus. 75. Ibidem.
 Reufneri opus genealogicum. 76. Ibidem. 77. Io.
 Trithemius, Lazius Trithemium adducens. 78. Lazij
 genealogia: & migrationes locis pluribus. Reufneri ge-
 nealogicon, Trithemius, Eyzingerus, Fran. Tertius.
 79. Ibid. Munsterus lib 3. cap 65. 80. Anno enim 625
 Sigeberto Alemannia fuit cõcessa: Eyzingerus. 81. Quòd
 ex Habsburgorum sanguine, illustriores totius Aleman-
 nię & Sueuię familię sint ortę, certũ est. De his Lazius
 Solis in genealogię libro: in migrationibus verò passim:
 & Reuf

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

& Reufnerus in genealogico agunt accuratè. 82. Vom Sigeberto sindt abkommen die Gefürsten Graffen von Habsburg; Munsterus inquit lib. 3 cap. 65. Beatus Rhenanus lib. 3. vbi agit de comitum Habsburgensium antiquitate. 83. Philip. lib. 4. Paralipomena ad Ursper. Sic Lazius & Reufnerus Reinfeldenses ab Habsburgicis deriuant. 84. Cuspinianus in Henrico quarto. Philip. lib. 4. Auentinus lib. 5. Beatus Rhenanus lib. 2. Germaniæ. 85. Iuxta Nauclerum enim Rudolphus hic anno 1078 mense Martio Forchhemij fuit creatus. Cuspinianus in Henrico IIII. 86. Locis iisdem. 87. Philippus lib. 4. Nauclerus, Auentinus lib. 5. 88. Austrasiæ descriptionem vide in Lazij genealogia: & lib. 3. Viennæ. 89. Philippus lib. 4. Otho Frisingensis lib. 5. cap. 20. Lazij genealogia: vbi Austriæ occidentalis fit mentio. De Austria verò orientali: & huius vocis initijs. vide Lazium lib. 3. migrat. & 3. Viennæ. 90. Beatus Rhenanus non à Metio deriuari nomen vrbis: sed eam Metis, pro Medis autumat dici: quòd media sit inter Treuiros & Leucos. lib. 3. Germaniæ.

II.

CVNIGVNDIS. BERNHARDVS.

ARG. Fœminarum potentia. Regni Bohemici insignia. De Ottocaro perituro præfagia. Cæsaris contumeliosus in Ottocaro contemptus. Misera dominantium cõditio. Præpostera mulierum regnandi cupidarum ratio. Lybussæ ac Valassæ imperia. Romani imperij aquila muliebri sub dominio biceps facta.

CV. *Nil maius orbi, fœminis nec fortius
Natura seuit. Namque motu tigridas
Veloce: vastas nos leænas robore:
Nos perspicaces mente lynces prouida:
Vulpes sed astu callidas euincimus.*

E lepo-

RUDOLPHOTOCARVS

E lepore seuum quin leonem iam dedi:
Epauida & acrem foemina finxi virum
Ego vsa verbis absq; cantu & pharmacis.

BER. At praestet, agnum mente formes: qui ducem
Mitis sequatur: non petat cornu & pede.

CV. Cur Rex leonem gestet armis? candidum
Fridericus¹ olim quem rubenti maximus
Clypeo inferebat: nisi leonem pro sua
Ut gente referens laniet hostes barbaros?

BER. Quid aquila verò si leonem euisceret²
Vngue atq; rostro? fata nam velut haectenus
Cecinere vates: ales imperio sacer,
Lustrum leonis occupans, nidum hoc struet.³

CV. Truce miser ausit congregi cum bellua
Praepes? Fridrici post secundi funera
Qui lustra oberrans quinq; nusquam substitit.⁴

BER. Non sex quietum iam per autumnos fouet
Rubeo Rudolphus sub leone sceptrifer?
Sic & Bohemum mox leonem: dispari
Prensus tenebit sed statu louis armiger.⁵

CV. Comes ergo regnum pauper ac regni caput
Premat insolenter? quis virum exagitat furor?

BER. Infanda multis sat modis iniuria
Hunc prouocauit, contumax & Spiritus.
Non Rauracorum praesul Augustam tenens:
Fridericus vrbis Comes & ille Norica
Sannas reportant à Bohemo ad Caesarem?⁶
Surrepta repetunt quando legati bona?
Non scuit aliquos in Rudolphi nuncios,



AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Ac post remittit? principem Austriadum sequens?
 Scelere hoc supremum? nonne quosdam, prob nefas?
 Ius omne præter gentium collo implicans
 Portas ad vrbis fune sublimes ligat?⁸
 Non cuncta verò diritas parit hæc tua?

CV. Non regna tuear, cum petantur vi, mea?

BER. Fungi virorum sorte: se vel fœminas
 Transcendere ipsas; dignares probro, & nocens.

CV. Dextro quod agitur cunquẽ decursu, meum est.
 Vel sola regnum, nî vir accuret, geram.

BER. Haud grauius humeris vllus hominum fert onus:
 Populos & vrbes quàm potens qui sustinet.
 Versare terram: tecta struere, vel rates:
 Ac regere classes; se rudes quàm plurimi
 Profitentur ipsi: summa rerum at culmina
 Sibi denegari nemo natura autumat.
 Et rerum habenas sæpe viles expetunt:
 Malint potentes sceptracum deponere.
 Diadema fessus sic Rudolphus munere
 Posuisse: tali & fertur aggressus modo:⁹
 Fulgore mentes quàm tuo ignaras capis.
 Si quisq; verò deputer; quàm sis graue
 Onus ac molestum: nemo te sanè expetat,
 Corona: regni nemo te decus induat.
 Sudare hiantem malleo præstat fabrum:
 Ruricolam aratro: remigando nauitam:
 Dum lassapectus membra securum fouet:
 Quàm regnacuris ardua exanimet ducem.
 Et tu labores vix viro tolerabiles

RVDOLPHOTTOCARVS

Deposcis audax, & grauas te fœmina?

CV. Quasi non Bohemos alta quondam temperet
Virtus Lybussa:¹⁰ nec Valassa Amazonum
De more turmas virgo fœmineas agat.

BER. Viros Valassæ num trucides æmula?¹¹
Imperia subito corruunt muliebria.
Sic dira septem famula post tyrannidis
Mactatur annos: domina sed Primis leo
Lybussa pridem coniugarat se duci.

CV. Qua mente verò? stulta poscentis virum
Quin vota populi nuptijs vlciscitur.¹²
Et nudo agrestis præsidet vir nomine:
Dux rerum habenas administrat fœmina.

Quid ego Lacenas,¹³ Tomyrim,¹⁴ aut Semiramin?¹⁵
Memoremue mundi potius Irenen¹⁶ caput?
Non nupta melius, quàm tori consors Leo:
Vel natus orbem turpis immensum regit?

BER. Muliebri toti sed nouum parit hoc statum¹⁷
Moderamen orbi: scindit ac solis domos:
Romani & ales hinc fit imperij biceps.
Reprobante fasces namq; fœmineos solum
A Græca Eoum gente Nicephorus capit.
At solis oram primus occiduam gerit¹⁸
Re Magnus ipsa domitor orbis Carolus.

CV. Quid ad Bohemos ales Ausonum bifrons?
Et rupta partes regna Romulidum in duas?

BER. Res penè par est: sceptro vt Irene suo
Cunctis Pelasgos reddit inuisos viris:¹⁹
Culpa Bohemi sic tua languet decus.

Crude-

AVSTRIACA TRAGOEDIA

Crudelis oculos illa filio eruit:
 Tu prava mentis luce priuas coniugem.
 Excussa regnis illa Lesbon pellitur:²⁰
 Orbe & remoto fracta luctu concidit.
 Tu rege, caueas, ne perempto corruas:
 Vel agaris exul. Fata certè quid ferent
 Diuina secum: si sapis, te corrigas.
 Cor tibi mariti est in manu: tu si tuos
 Reprimas furores: bella coniunx protinus
 Funesta ponet: Celitum auertet minas:
 Et iam propinquis se reseruabit malis.

CV. Quid tu tremiscis corde mulier turbido?
 Quid ominaris? Diui in hostem vindices
 Portenta vertant. Ecce regis copias.

1. Fridericus primus sc. Dubrauius lib. 12. Aen. Syluius cap. 24. Boregk in Vladislao rege 11. Nauclerus generatione 39. qui tamen duos armorum Bohemicorum colores ex errore peruertit. 2. Sic enim Rudolphi Cæsaris somnium portendit. Vide actus 5. scenã 3. nota 1. 3. Chronicon manu scrip. Germ. 4. Ibidem. Cuspiniani Cæsares de Henrico Friderici 11. filio. Dresseri millenarius v. Paralipomena ad Vrsper. & alij. 5. Chro. Germ. scriptum. 6. Lazij genealogia lib. 3. Viennæ, pariter Cæsaris legati ad Ottocarum recensentur. Vrstisius lib 3. cap. 1. Gerardus, Hardeuigus, Nauclerus & Mutius solū Burgauium Norembergensem ponunt. 7. Cuspiniani Austria in Friderico ultimo. Haselbachius lib. 2. 8. Nauclerus generatione 43. Mutius. 9. Hanc de Rudolpho historiam referri, certum est: quis tamen inter scriptores à me citatos sit: iam mihi non occurrit. Oro tamen lectorem beneuolum; mea de fide ne dubitet.

RVDOLPHOTOCARVS

10. Dubrauius lib. 2. Aen. Syluius in Bohemia cap. 6. 7. 8. Boregk. Nauclerus generatione 39. 11. Ibidem. de Vallassæ immanitate, & Lybussæ matrimonio. 12. Dubrauius ibid Aen. Syluius cap. 6. 13. Aelianus de varia historia lib. 12. 14. Herodotus lib. 1. 15. Iustinus lib. 10. 16. Zonaras 3 tomo annalium. Philippus lib. 3. Cuspinianus, N Reufneri Cæsares. 17. Ibidem. 18. Ibidem. Dresserus contra Bellarminum, Sigebertus, Auentinus lib. 4. 19. Philip. lib. 3. 20. Zonaras tertio tomo.

ROSENBERGIUS. OTTOCARVS.
CVNIGVNDIS.

ARG. Gentium Ottocaro militantium enumeratio: Regina ad persequendum bellum & supprimendum Cæsarem stimuli. Regis sinistra ominantis ac reginae valedictio.

- RO. *V*bi nunc Rudolphus cum manipulo perditus?
Armis Bohemos nudus horrentes petat?
- OT. *N*um lecta in hostem sufficit nostrum cohors?
- RO. *B*elli cateruas legio superat proximi.¹
- OT. *P*ercenseatur tota per gentes manus.
- RO. *N*umero referta, quas vocas, sunt singula.
- OT. *N*um Sarmatarum densa confluit seges?
- RO. *T*unicis Phalangas enrigentes ferreis.²
- OT. *E*t stagna notos dant Borussos Baltica.³
- RO. *E*t par Borussis ala Pomerani volat.⁴
- OT. *E*t rigida ferro Saxonum gens insonat.⁵
- RO. *T*heodricus⁶ acie ponè Misniades furit.
- OT. *E*t arma iungit socia Marsburgi potens.⁷
- RO. *E*t celsa seruans tecta Magdeburgidum.⁸
- OT. *T*orquens Cateias ordo Tyrigetum ruit.

Et

AVSTRIACA TRAGOEDIA

- RO. Et Vandalorum nigra frendent agmina.¹⁰
- OT. Turmis fideles & Silesi perfremunt.¹¹
- RO. Clypeis corusci quatuor fulgent duces.
- OT. Quinam sed illi; terra cum plures ferat?¹²
- RO. Lygia Bolesleus vrbe Caluus agit viros.¹³
- OT. Sorore princeps scilicet natus mea.¹⁴
- RO. Et qui Bodurgim iuuenis augustam regit.
- OT. Henricus animo nempe quartus feruido.¹⁵
- RO. Et ductor hastas concutit Glogauius.¹⁶
- OT. Conradus arces vrbe nimirum locans.¹⁷
- RO. Et dux inundat cum suis Oppauius.¹⁸
- OT. Rex lucet armis trux Ruthenorum Leo.¹⁹
- RO. Cumana peditum gens agros nimbo replet.²⁰
- OT. Quos inferorum ceu domo emissos pauent.²¹
- RO. Quis equos Moravi flectet aripedes tui?
- OT. Milotus equitum rector, ac praeses soli.²²
- RO. Sed quis Bohemos ducat insignes equis?
- OT. Tu gnarus equitum longa raptas agmina.²³
- RO. Et Boius equites rursus Henricus ciet.²⁴
- OT. Affluere praestat, quam requiri militem.
- RO. Leonis instar frendet, ac hostem petit.
- OT. Amplector armis regna tutantes mea.
- RO. Tractare honeste milites, adeo est lucro.
Meminere meriti, cuius oblitos putes:
Seq₃ ob salutem mancipant letho tuam.
- OT. Fraudari, iniquum quis neget, stipendio:
Palmæ dignos suppressi? te qui tegant:
Ac ære vitam pro tua vendant suam?
- CV. Ecce legiones: sola sua su quas meo

RVDOLPHOTTOCARVS.

Spacio coëgi tam breui: numquid mei
Iam pudeat: ausi tēue pœniteat tui?
En capita vt acres rutila ductores leuent.

OT. Præstat, leoni timida ceruorum cohors
Subdatur vni: quàm fugax magnos agat.
Ceruus leones: agmine vt denso fremant.

CV. Non tu leonem, & corde referas tigridem?
Plumis nec aquilam fortis imbellem exuas?

BO. Aciem sed aptè partiamur, res monet:²⁵
Dimidia iustus ordo pars victoria.

OT. In fronte fortes, parte & extrema loces:
Frons viliores ducit, vrgent vltimi.
Vtrung₃ stipent ardui cornu viri.

CV. Vires sed hostis nosse, primum sit caput:
Prospicere & astu, quo capi pacto queat.

OT. Armis modò ausit se meis opponere.

CV. Perstes modò animo: nec retro cedas metu.
Contende, vt istam nominis labem: scelus
Et tam nefandum diluas vi vel dolo.
Abiecta leuiter Marte referas: ac pede
Tundas iacentem: te supra animis qui volat.
Sed heus caueto: rursus in tantum ruas
Crimen proteruus. Bella ne ponas leuis.
Neu fascinatus pace succumbas vafra.
Extrema celso præstat animo perpeti:
Cum decore volui vel tuo te sanguine:
Dedecore vitam quàm tueri perpete.

OT. Saltem secudent fata captum, nil moror.

CV. Auspicibus equidem dijs reor: te mox duce

Me

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

*Me nomen astris terminaturam meum.*²⁶

Cunigundi & ausint quæ sua se gloria

Conferre & opibus: non fore vsquam heroidas.

OT. *Continge dextram, sidus ô Coniunx meum,
Et vita: subeam promptus vt belli aleam:
Diuellor agrè à te tamen quid ominans.*

CV. *Quæ vana pectus cura mordet? non foris
Ottocarus ille es terror: at numen domi?*

OT. *Ergo supremum suscipe amplexum, & vale.*

CV. *I mea voluptas sospes, & felix redi.*

OT. *Vtinam: sed omen pectus in partes secat.*²⁷

CV. *Simulacra mentem leuia quid turbent grauem?
Nil metuit heros: spe fouet victoriam.*

Sin stultus autem rursus in facinus ruas:

Reditu à probroso contueri me caue.

OT. *Tu nate mollem care da mihi dexteram:*

Oculis euntem me pererras qui patrem.

Absterge fletus anime mi: latos tubæ

Cantus: & audi tympanorum verbera.

Mox, nate, reduci blanda figes gaudia.

1. Ottocari exercitum præcipuè recensent duo Austriae scripta chronica, Haselbachius, Gerardus, Cuspinianus & Meisterus. Quia verò ab aliquibus historicis aliqua Bohemi auxilia planè omittuntur: speciatim singulis suas adiiciam autoritates. 2. Scriptum lat. Gerardus, Haselbachius, Auentinus, Lazij genealogia, Cuspin. Iordanus. Germanicum scriptum in specie Casimirum Poloniae ducem ponit. 3. Meisterus cognomento Görlicius lib. 3. de Rudolpho Habsburgo. 4. Chronicon scriptum Ger. Haselbachius, Auentinus, Cuspinianus, Lazij genealogia. 5. Gerardus, Haselb. scripta duo Chro. Auent.

RVDOLPHOTTOCARVS

Cuspi, Lazij genealogia Brandeburgenses etiam nomi-
 nat. 6. Germ. scriptum, Haselbachius, Lat. scriptum,
 Gerardus, Cuspi. & Iordanus Misnenses saltem genera-
 tim ponunt. 7. Chro. scri. Germanicum, Haselbachius.
 8. Ibidem. 9. ibidem, Chro. Lat. scriptum, Gerardus,
 Cuspinianus. 10. Auentinus. 11. Cuspinianus, Ior-
 danus. Sub Polonis etiam Silesiæ duces intelliguntur iam
 sequentes. 12. Curæi annales parte priore. Cromerus
 lib. 8. de Tartarorum clade lib. 9. 13. Dux Lygius, Li-
 gnicensis, vel Legnicus. Curæi annales. Meisterus lib. 3.
 14. Cromerus lib. 9. Curæus. 15. Haselbachius, Cro-
 merus, Curæus. Fuit hic Henrici tertij fratris Calui filius,
 Curæus. 16. Haslouius. scriptum Ger. 17. Conra-
 dum hūc fuisse, ex Curæo colligi potest, in Henrici quar-
 ti ducis Vratislaviensis descriptione. 18. Chronicon
 Ger. scriptum. 19. Chronica duo scripta, Haselbachius.
 20. Chronici Colmariensis pars altera. 21. De Cuma-
 næ gentis immanitate videatur Cuspinianus in ultimo
 Austriæ duce. Bonfinius lib. 8. decados 2. 22. De Milo-
 to vide notam 43. circa Tragoediæ finem. 23. Meiste-
 rus lib. 3. 24. Auentinus lib. 7. Chron. Ger. scriptum,
 Nauclerus, Gerardus & Lazius Bauaros ponunt genera-
 tim. 25. De distributione exercitus vide actus 5. sce-
 nam 2. 26. De infanda tumidissimæ Cunigundis ia-
 stantia vide primæ notæ scriptores actu 2. scena 1.
 27. De ominibus ac somnijs Ottocaro necem
 portendentibus, vide actus 5.

scenam 4.

CHO

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

CHORVS.

ARG. Austriacæ Marchæ fœcunditas : vineta,
 croceta, montes frugiferi: pascua: flumina: lacus
 vndecim, salinæ, ferri fodinæ, & alia commoda.
 Eadem Romanæ legionis olim versus hostes sta-
 tio. Ducalem ad dignitatem regijs Fridericorum
 imperatorum priuilegijs exaltatio & eminentia.
 Varia sub vltimo duce bella : heroica eiusdem
 gesta : cædes denique Austriacis etiam funesta.

O si tu tellus, & amana fundis
 Austria: ô magni decus orbis olim;
 Quæ sinu gestas bona tot beato,
 Vitis en latos Cererisq; colles:
 AEquora & flauis spatiosa campis:
 Flumen argento locuples natante:
 Aureos montes, nemora & vireta:
 Pinguium saltus pecudum: ferarum
 Lustra saltantum: riguos & hortos.
 En lacus septem quibus ora gestit
 Austriæ gaudens Anaso vocari.
 En lacus infra fluuium hunc quaternos
 Inferæ latis regionis agris.
 En plaga longè bifida sed amnes
 Piscium plures generosiorum,
 En croci flores & odora fila:
 Et salis fontes: veterisq; ferrum
 Norici certans Chalybum metallo.¹
 Marte ceu Rhenum veteres tegebant²
 Ausones: nostris ita miles oris³
 Ense Romanus vigil excubabat:

E §

RVDOLPHOTOCARVS

Vandalos, Quados, Herulosq³, ab Istro
Quando alaudarum⁴ legio fugaret.⁵
Hinc auis regni proceres Quirini
Signa dant nostris sacra ferre alaudas:⁶
Et soli quondam ditione donant.

Cæsares donec dominos Fridrici⁷
Euehant nostros meritis probatos:
Et duces supra titulis priores:⁸
Ac leuant armis generi gerendis:
Quæ sacrum vestit diadema regum.
Nonne Fridricus, regio, secundus⁹
Te cor, & sancti clypeum vocando
Imperi: & summos tribuendo honores
Regibus equat?

Vt situ verò, superesq³ cornu
Copie: & plures tibi laude cedant,
O solum: nullos varijs sub armis
Sors tamen fines toties adussit,
Nonne Fridrico duce Bellicoso,
Siue rixoso dominante ternis¹⁰
Bella sensisti duodena¹¹ lustris
Ac semel? vindex tua seu moueres
Arma: seu diro petereris hoste.

E suis primo domuit rebelles¹²
Stirpe dux claros: acie Morauos:
Bis laceßiuit: semel & Bohemum.
In truces agmen quater egit Hunnos
Patriæ vindex: meritus Quiritum
Fulmen exutos sibi Marte fines

Ter

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Ter reluctatis repetiuit armis ¹³
 Imò Cumanis semel à cruentis ¹⁴
 Vltor afflictos releuauit Hunnos:
 Et celer nostra semel hac ab ora
 Tartaros longè truculentiores ¹⁵
 Marte repressit.

Hei quot hos verò miseranda tellus
 Vltimo casus duce fers perempto! ¹⁶
 Te quot exortes varijs tyranni
 Lancinant orbam domino rapinis! ¹⁷
 Quot vaser pressi tibi rex Bohemi
 Sub iugo clades peperit tremendo!
 Nos & exemptos sibi vi requirens
 Colla periurus pede nostra calcet?
 Tu sacra Diuùm legione cinctus,
 O potens cæli dominator hostem
 Contere immanem: patrio furentes
 A solo pestes miseratus arce:
 Et refer pacis redimita festis
 Ocia fertis.

Sed en Rudolphus prodit: Hastouius manū
 Humilis senili columen & patriæ excipit.
 Vt Caesar ipsis, ô viri, ex votis adest.

1. Noricum enim (de qua actu 1. scena 2. nota 45.
 dictum) olim in Pannoniam vsque extentebatur: apud
 poëtas Romanos ferro celebratissimum: vbi & huius no-
 minis vrbs fuisse proditur. Eam verò Viennam esse
 hunc

RVDOLPHOTTOCARVS

huncvsque in diem, nobile ferri emporium; verisimile videtur. Lazius lib. 7. migrationum. Ibidem lib. 10. 2. Lazius lib. 1. Viennæ. 3. Ibidem. Cuspinianus in Friderico secundo Cæsare. 4. Plurima enim **DECIMAE LEGIONIS ALAUDARVM** monumenta in Austria passim visuntur: Lazius lib. 1. Viennæ; & in libello ad Hungariæ mappam pertinente. 5. Lazius & Cuspinianus ibidem. Lazius tamen pro **Quadis**, Rugos nominat. 6. Marchionibus enim Austriacis olim insigne fuerunt aurei coloris alaudæ quinque cælestino in clypeo. Ibidem. 7. Cuspiniani Cæsares in Friderico I. & II. Idem in Austria de Henrico primo Duce. Haselbachius lib. 2. 8. Ea enim erat Austriacæ domus eminentia; ob varia & insignia merita imperio sæpè; ac in Syriacis præsertim bellis præstita; qua velut Archiduces hi omnes alios antebant orbis Christiani principes. Cuspinianus locis iam adductis. Idem in Austria de Leopoldo duce. 4. & in ultimo Duce Friderico. Spigellius in proœmio ad Ferdinandum Cæsarem super Ligurinum. Ligurinus lib. 5. & Spigellius ibidem. 9. Cuspinianus. Eiusdem Austria in Henrico primo Duce. Naclerus generatione 41. ex Petro de Vineis verba citans inquit; Fridericus secundus Austriæ Ducatum euexit in regnum. Videatur etiam Haselbachius liber .2. 10. Cuspiniani Austria in Friderico ultimo; & patre huius Lepoldo. 11. Idem Cuspinianus; vbi bella hæc, eorumque causæ recensentur. Duo tamen præcipua fuisse, Bohemium & Hungaricum; illud Friderico fatale; Lazius refert libro 3. Viennæ. 12. Ex subditis duo præcipuè fratres, Henricus & Hadmarus de Cunring, Austriæ Marchionibus olim cognati Friderico domino rebellârunt. Cuspinianus ibidem de Friderici cognomento Bellicosi gestis. 13. Etiam

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

13. Etiam Viennam tibi exutam armis recepit. Suprà actus 1. scena 1. nota 16. 14. Cuspinianus ibidem. Bonfinius lib. 8. decad. 2. qui Cumanos reconditum Sarmatiæ populum esse refert. 15. Cuspinianus ibidem, qui Tartaros ab Austriæ finibus profligavit. Haugius lib. 4. cap. 68. & sequente. Bonfinius simpliciter; Tartaros ab Australibus abstinuisse, inquit. 16. In Hungarico scil. bello. Bonfinius & Cuspinianus ibidem. Dutrauius lib. 16. Chro. Germ. scriptum. Haselbachius. Factum anno 1246. Quidam hunc ex vulnere sanatum ab Austriæ Barone de Pottendorf equi freno fuisse strangulatum, aiunt. Idem Haselbachius & Cuspinianus. 17. De his suprà in procemio dictum.

ACTVS QVARTVS.

I.

RVDOLPHVS. HASLOVIVS.

CHORVS.

ARG. Rudolphi imperium in afflictum totius orbis statum incidens. Terra sanctæ miseria: veterum imperatorum ac principum in ea defendenda pietas. Domestica Germanici imperij mala: bellum episcopale. Prouocata Rudolphi versus Ottozarum expeditio. Militum ab Imperatore per Regem seductio. Bohemi in Bauaros grassationes.

R V. *ERGO resumptis cogor armis Austriam¹
Vltor tueri? proh quirinalis iugum
Regni molestum, somni & expers: quàm dapes
Tu facis amaras, felle misces pocula.*

Iugo

RVDOLPHOTTOCARVS

HAS. Iugo leuatis nectar hoc at subditis.

RV. O triste mundi seculum; imperij sacros
Quo gesto fasces: sani & est orbi nihil:
Fractis mederi coner vt rebus manu.

CHO. Suspiciate sanctum patriæ patrem viri.

RV. Hei status Eoas quàm miser terras premens
Eneruat aquilam vix leuantem se solo!
Syrijs quot agris populus & Mareoticis²
Christum professus nuper vrbes perdidit?
Vrbs quid Deo olim sacra: ³ quid cunæ Dei, ⁴
Numero & tot aliæ? quid tulit Pelusium? ⁵

CHO. Damiatæ⁶ Nili nempe feruens ostio.

RV. Diuersa passum bella quid Bizantium⁷
Memorem? bis octo quam Palæologus premit⁸
Nunc raptor annos: Franca denis sexies⁹
Gens imperasset iusta cum iam messibus,
Vtramq; solis quin domum sibi Turcica
Subigere rabies Marte contendit truce.
O sancta veterum corda Marchiadum & ducum¹⁰
Simul Austriorum: totq; magnos Franciæ
Reges & Anglos: tot graues Germanici
Heroas ortus, inclytos ac Cæsares:
Texere bello qui Palæstinam sacro:
Fudere Christi & spiritum pro gloria:

CHO. Fridericus¹¹ olim hei Cæsar vndis: concidit¹²
Sed peste natus: Ludouicus nec pater¹³
Gallos reuisit: natus aut nuper Comes.¹⁴

RV. Furor & scelestus gliscat armorum domi.
Laniemus ipsi nos, & occiduas plagas?

Orientis

AVSTRIACA TRAGOEDIA,

Orientis oras interim euertant Scythæ?
 Gibelina & orbi Guelpha quantas factio¹³
 Tartarea clades octo iam lustris dedit?
 Ambitio, fastus, dira & argenti sitis
 Profana sacris, ac polum miscent solo.
 Comites vt armis dimicant gemini sacra¹⁰
 De Vuyrzeburgi sede: dissidio duos
 Nuper senatus deligit cum præfules.
 Hoeloius acie & Hennebergum supprimit:
 Stipatus alis vrbis auxiliaribus.

HAS. Haud ipse Christus: præda Christi pallium
 Plerisq; petitur. non profanet Mars sacra:
 Turpis nec vsus: vita dispenset pia.

R. V. Quis odia, publicas totue bellorum faces;
 Et clam furentes: mille & expendat mala?
 Inferre bellum quæ Scythis cohibent sacrum.

HAS. Si, magne Caesar, Teutonum terris pedem
 Extuleris: actum penitus est de patria.

R. V. Periniqua bello huic implicant me tempora,
 Curis onustum, & mente distractum nimis.
 Dudum peperci: cum foret primis statim¹⁷
 Annis domandus: semper Ottocarum manu,
 Colui potentem; fretus animo & sum bono.
 Iniuriosis tot sed impulsus modis
 In bella trudor: diua testor numina.
 Et vi coactus, tam repente contrahi¹⁸
 Quod licuit agmen; in rebellem nunc ago.

CHO. Priuato honore publica potior est salus.

HAS. Ne plura numerem: fraude submoquit manum,¹⁹

Tibi

RVDOLPHOTTOCARVŒ

Tibi quæ merebat nuper: Hunnos prælio²⁰

Mox huc futuros arcet auro plurimos.

Imò talentum²¹ spondet: aut viuum manus

Quæ dira raptet Casarem: aut casum ferat.

R V. Inopina patria sceptrâ qui mihi contulit:

Casus per omnes me potens tutabitur.²²

Haud mea: salutem quæro communem pius:

H A S. Et Boium iniquis rursus Henricum modis:²³

Ac fascinatam Marte socium iam tenet.

R V. Boiumne? bello quem subegi proximo²⁴

Huc transiturus? quem recepi supplicem

Generi rogatu Ludouici & filia?

Catharinam Othoni filiam & iunxi toro?²⁵

CHO. In quoq; leuitas turpis: in duce turpior.

H A S. Henricum & odijs, tot tamen & iniurijs²⁶

Pressit Bohemus: fraude quem prohibet Ducem

Quondam vocatum Styria: & contra fidem,

Ius præter omne ac sanguinis quater opprimit:

Periurus acie & cuncta latè diripit.

Rupto sed Oeniponte Myldorfi semel

Armis grauato perfidus penas luit:

Ter mille mersis præter occisos viris.

R V: Ignoscere hosti lata cælo lex iubet:

Fouere iniquum sed nefas: iustum colas.

H A S. Hei quanta verò his damna turbis sensimus:²⁷

Vt sæpe prodest, ac nocet vicinia.

R V. Socerum ergo natæ, proh fidem, vindex premam?

CHO. Affinitatis iure sanctior est fides.

Parcendo stimulas crimen, & iustis nocet.

Sed

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

R. V. *Sed pertinacem præstat Ottocarum prius
Cohibere: Diuos de futuris consulam.*

CHO. *Aspicite fratres arma patris fulgida:
Fridericum & vrbi præsidet qui Noricæ.*

1. Duo enim Austriaca bella Rudolphus gessit: vt ex
procæmio suprâ & ex hæctenus dictis iam liquet. 2. Ni-
cephorus Gregoras lib. 1. Philip. lib. 5. Funccij Chrono-
logia. 3. Hierosolyma à Turcis capta anno 1009.
Funccius. Soldanus Babylonius eam subiugauit anno
1266. Siffridus lib. 2. Cuspinianus in Friderico primo
& alibi. 4. Bethleem, Nasareth & Galilæam totam
idem Soldanus sibi subiecit eodem anno. Siffridus
Presbyter lib. 2. 5. Versus Soldanum enim vrbs
defensa, rursus fuit amissa anno 1221. Ibidem, Monachus
Paduanus lib. 1. Bonfinius lib. 7. decados 2. Naclerus
generatione 41. & 42. 6. Ioachimi Vadiani geo-
graphica, vbi inquit: Pelusium vetus iam dici Damia-
tam. 7. Monachus Paduanus, Cuspiniani Cæsa-
res multis locis, Nicephorus Gregoras lib. 4. Siffridus
Presbyter lib. 2. Naclerus generatione 25. 37. & 42.
8. Gregoras ibidem, Cuspiniani Cæsares, Naclerus
generatione 43. Philip. lib. 5. Dresserus millenario 6.
Monach. Paduanus, Cromerus lib. 9. 9. Philip.
Dresserus, Gregoras, Cuspi. Cromerus ibidem, Funccij
genealogia. 10. Cuspiniani Austria, & passim Cæ-
sares, Naclerus multis locis: apud quos & Gallia &
Angliæ reges, & imperatores referuntur. 11. Cuspi-
niani Cæsares, Naclerus generat. 40. Philip. lib. 4.
12. Cuspinianus in Friderico primo, eiusdem Austria
in duce secundo. 13. Naclerus generatione 43.
Monachus Paduanus, AEmylius rerum Gallicarū lib 7.
Matthæus Palmerius: qui Ludouici filium Ioannem vo-

RVDOLPHOTOCARVS

cat. Factum anno 1269. 14. AEmylius ibidem
 Paduanus, qui patrem & filium dysenteria perijisse scri-
 bit. 15. Naclerus generatio. 42. Cuspinianus in
 Friderico secundo. Kranzius lib. 8. Saxoniae. Philip, lib. 5.
 16. De hoc episcopali bello videatur Siffridus Presbyter
 lib. 2. 17. Mutius. 18. Jurat enim, nolle se cum
 Ottocaro, si modò pacem colat, congregari: licet sibi de
 gloriosa victoria certo constaret. Mutius. 19. Mi-
 lites enim à Rudolpho abalienauit. Lazij genea. chro-
 nici Colmariensis pars vtraque. 20. ibid. 21. Ibid.
 22. Omnes enim infidias & pericula contemnens à Deo
 victoriam sperauit. Cuspinianus, chronic. Colmariensis
 pars secunda. 23. Auentinus, Naclerus generatio-
 ne 43. chro. Germ. scriptum, Gerardus. 24. Ior-
 danus, Stumpfius lib. 2. cap. 30. Gerardus dicit: Otto-
 caro cæso, Rudolphum in Henricum bella mouentem
 à filia fuisse mollitum; ne scilicet Cæsar secundo eum ar-
 mis inuaderet. 25. Gerardus, Auentinus, Germ.
 scriptum habet: post cæsum Ottocarum, hoc contractum
 fuisse matrimonium. 26. De his Ottocari iniu-
 rijs Bauaro illatis, & de accepta clade, vide Auentinum
 lib. 7. chronicum Salisbur. in Vlrico 37. Episcopo: ibi-
 dem in sequente præfule Vladislao duce Vratislauiensi.
 Et Chri. Iordanus, qui quadringentos saltem fuisse sub-
 mersos inquit. 27. Auentinus ibidem.

II.

RVDOLPHVS. FRIDERICVS.

HASLOVIVS.

ARG. Cæsari suppetias ferentium catalogus &
 vires. Iuliaci Ducis cædes. Ottocari post iura-
 mentum in Austriam grassatio. Regionum Ru-
 dolpho iuratorum fides.

Tandem

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- FRI. Tandem viarum varia per dispendia¹
 Nos huc profecti, magne Caesar, sistimus.
- R. V. Vt gratulanti vos, viri, excipio manu:
 Grates lehouæ & reddo supplex maximas:
 Iusto benignus qui fouet me tempore.
- FRI. Diuina nunquam deserit iustos manus:
 In sola certam sed locent spem numina.
- R. V. Auxilia nostro quanta confers militi?
- FRI. Basileæ in armis rector est vrbis sacer.²
 Henricus aciem & ille Marchiades suam³
 Hachbergus addit: nostra⁴ centenos manus
 Coniuncta equestres octies numerat viros.⁵
- R. V. Primum sacerdos & Iuuanij ad nuncium⁶
 Huc iam trecentos⁷ egit instructos equis.
 Patavinus agmen iunxit & presul meis.⁸
- FRI. Sueuis ab agris iure comites sanguinis⁹
 Adsunt propinqui: & Heluetarum finibus.
 Hobebergus animus ardet Albertus minax:¹⁰
 Vlricus armis Hennebergus personat. 11
 Cum Furstebergis Lauffeburgi: feruidis
 Et cum Kyburgis infremunt¹² Montfortidæ.
 Sociata quorum turma sexcentos¹³ tuo
 Obiectat hosti: ponè rapiunt arduo
 Gemini trecentos¹⁴ in globo Ortenburgidæ:
 Fridericus ausis, par & Albertus manu.
 Iuxtà coronam torquet acrem Hoheneggides.¹⁵
- R. V. Fridericus ala mille¹⁶ equos Pettavius
 Subsidia Styri ductat ære fulgida.
 Et Pfannebergus centum¹⁷ equos solus rapit

RVDOLPHOTOCARVS

Henricus ; inter Styriæ proceres potens.

HAS. *Peditum est Coloni legio Seldenhouo data: 18*

Et Styra Othoni gente Lichtensteinida: 19

Antiqua parent tecta cui Murauj. 20

RV. *Præsidia Carni cum Carinthis suggerunt. 21*

HAS. *Carnus ducentos 22 domitat alipedes agris*

Ulricus ; hostis terror Hainburgi sedens.

FRI. *VVernerus agri præses Alsatici suos 23*

Hatstadius addit iam tuis , segetem virum.

Et Heluctarum valida confluit cohors: 24

Tigurina lectos subdit vrbs reliquis viros. 25

RV. *Inuicta dudum corda bellis cognita. 26*

HAS. *Comes, & Gorizi quinquies denis equos 27*

Albertus alijs subiicit centum alites.

RV. *Comes & Tyrolis valle Meynhardus sedens*

Pulcro trecentos ordine quadrupedes rotat. 28

HAS. *Stephanus 29 phalange comes obit Schitbergides.*

RV. *Generosa & acer pube Matthias fremit: 30*

Dux qui sacro Teutonum præit ordini.

Hugo Tyrolis luce lectos hac Comes 31

Producet Hunnos, gente vir Taufersia.

HAS. *Nostras ciebit fortis Austriadas manu*

Prisca probatus gente Dux Capellides. 32

Sed reget eosdem vetere Lichtensteinides

Henricus ortu: 33 sede Nicolsburgides. 34

RV. *Virtute senior tu viros stimules tua.*

FRI. *Diuisat amplum contulere exercitum.*

RV. *Albertus autem noster, Hartmannus minor;*

Aut vbi Rudolphus; cara nati pectora?

Hæc

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

FRI. *Hæc ipsa reddet fortè lux natos patri.*³⁵
*Septemuir acie sed Palatinus sua*³⁶
Subsistit Anasi mœnia inter proximi.

HAS. *Ludouicus armis num moretur te gener?*

FRI. *Comes at Guilhelmus cæde Iuliacus truce*
*Cecidit ducentis cum viris, ac filijs:*³⁷
*Quòd ara peteret iussu Aquisgrani tuo:*³⁸
Ad bella neruos, latum & huc secum viros.

HAS. *Iusta exigenti sic rebellent subditi?*

R V. *Et non atrocem vindicarem iniuriam?*
At nunc, quod instat, præstat armis persequi.

FRI. *Auxilia saltem lecta non cedant loco:*
Sat spero nostris roboris fore copijs.

R V. *Vellantur ora classium retinacula:*³⁹
Amnem sequantur; nulla perstet littore:
Meditetur vndis præ metu ne quis fugam.

HAS. *Hostis furorem tempus vlcisci monet:*
Et ferro & igni cuncta vastantis loca.
Laam quid armis limitem fuit Austriæ
*Populatus agros hoc & Istri margine?*⁴⁰
Latere quid illo sæuijt atrox? proh scelus,
*Stimulasse nostros vim Bohemi perfidos?*⁴¹

R V. *Sed pro virili sancta vos mea pectora*
*Tamen obstitistis.*⁴² *Hardmalus ceu Styriæ*
Vildouius agros: Carni & Aufensteinides
Conradus oras: Stephanus hæc Meyssauides
Sic regnavestro lacera texit munere.

HAS. *Quemuis tueri patriam possit fides.*

R V. *Cunctas sed acies ire lustratum iuuat.*

RUDOLPHOTTOCARVS

Totus huius scenæ, seu imperatoris exercitus ex octo-
 decim scriptoribus est petitus: Eum tamen præ reliquis
 copiosius referunt hi quatuor: Lazius lib. 1. genea. chro.
 Germ. scriptum, Haselbachius lib. 3. Gerardus lib. 1.
Breuius autem hi quatuordecim historici: Auentinus
 lib. 7. Cuspiniani Rudolphus, Naclerus generatione
 43. Vrstifius lib. 3. cap. 1. chronici Colmariensis pars al-
 tera. Bonfinius lib. 8. decad. 2. Dubrauius lib. 17.
 Stumpfius lib. 6. cap. 17. Munsterus lib. 3. cap. 18. La-
 tinum chro. scriptum, Funccij chronologia, Iordanus
 chro. Salisburgense, Additiones ad Cosmam Pragen-
 sem, Otho abbas Aulæ Regiæ lib. 1. cap. 8. Breuitatis
verò causa, notis insequentibus eos solum nominabimus,
qui suppetias vel soli ponunt vel soli omittunt. 1. Solus
 Gerardus. 2. Gerard. Hasel. Vrstifius, Lazius, chro.
 Germ. scriptum, Munsterus. 3. Gerardus, Lazius,
 Vrstifius. 4. Fridericus enim Burggravius Norember-
 gensis bello etiam interfuit. Gerardus & Lazius soli.
 5. Ibidem. Lazius non seorsim: sed inter hos tres etiam
 ponit Albertum Hohembergensem. 6. Fridericus
 scilicet Præsul Salisburgensis. Lazius, Germ. Haselbach.
 chron. Germ. scriptum, Vrstifius. Hic Fridericus & Pe-
 trus Episcopus Patauinus toto vitæ tempore imperio fi-
 deliter adhæserunt: vt ait Iordanus. 7. Gerardus &
 Lazius soli. 8. Vrstifius. chro. Colmariense dicit:
 diuersos episcopos Rudolpho tulisse auxilia. Præsul hic
 fuit Petrus artium magister, præceptor Vladislai ducis
 Vratisl. episcopi Salisburgensis. Bruschius de Laureaco,
 chro. Salisburgense in episcopo 38. Vladislao. 9. Ha-
 selbachius, Lazius, Munst. Sed Naclerus, Vrst. Bonf.
 Cuspi. & Funccius Sueuos absolutè ponunt. 10. La-
 zius, Haselb. chro. Germ. scriptum. 11. Gerardus,
 Haselb. scriptum Germ. Lazius. 12. Quatuor has
 familias nominat Lazius. Haselbachius & scriptum Ger.
 comites

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

comites Kyburgenses omittunt. Gerardus Furftebergos
 folùm in specie nominat. 13. Gerard. Lazius. 14.
 Ibidem. 15. Haselbachius, chro. Germ. scriptum.
 16. Gerard. Lazius. 17. Ibidem. 18. Gerardus,
 Haselb. Germ. scriptum, Lazius. 19. Haselb. Germ.
 scriptum, Gerard. Lazius. De hac familia vide Lazium
 lib. 6. migrationum. 20. Streiniacæ bibliothecæ di-
 plomata. Familia fuit ab Austriacis Lichtensteinijs pla-
 nè diuerfa. 21. Omnes propè autores. 22. Gerard.
 Lazius. 23. Vrstifius, chronicon Colmariense inquit
 equos Hatstadium habuisse centum. 24. Vrstifius,
 Stumpfius. 25. Stumpfius. 26. Ibidem. 27. Ger-
 ardus, Lazius. 28. Ibidem. 29. Germ. chronicon
 scriptum. Haselb. Gerardus. 30. Ibidem. 31. Ger-
 ardus, Haselb. chro. Germ. 32. Chronicum Lat. scri-
 ptum vocat strenuum virum Capellarium. Vlricus de
 Capella ab ipso Rudolpho dicitur. Streiniacæ biblio-
 thecæ diplomata. 33. Chro. Ger. scriptum, Leuen-
 clau in proœmio particularis rerum Turcicarum descri-
 ptionis ad B. Lichtensteinios. 34. Streiniacæ biblio-
 thecæ diplomata. 35. Vocauit enim Rudolphus ad se
 tres filios: Auentinus, Gerardus Harmanno omisso du-
 os solum ponit. 36. Ludouicum generum socerū
 auxiliarem nutasse: Gerardus, Lazius & scriptum chro.
 Germanicum referunt. 37. Stumpfius, Mutius, fasto-
 rum Colmariensium pars prior. Trithemius. Sed nu-
 mero filiorum ac cæforum militum discrepant. Naucle-
 rus ait: cum duobus filijs ac mille & ducentis alijs: Ior-
 danus autem cum filijs esse cæsum, scribunt. 38. Mu-
 tius præ cæteris, & Stumpfius. chri. Iordanus.
 39. Chro. Lat. scriptum. 40. Lazius,
 Gerardus. 41. Ibidem. 42. Ibidem,
 vbi hi regionum ac patriæ suæ defen-
 sores nominantur.

FRIDERICVS. HASLOVIVS.

ARG. Bella Rudolphi sex domi ante sui electionem feliciter gesta. Fortitudinis laus ab ipsis hostibus ei data. Diuinæ gloriæ & patriæ fouendæ ardor in Cæsare.

FRI. *Q*uem conferendi turatum statuis modum?

HAS. *Audire potius, ac doceri mens auet.*

FRI. *Aures minores arrigant senioribus.*

Penitus Bohemi & res tibi sunt cognitæ:

Vires vt hostis, nosse & animos est lucro.

HAS. *Sat prouidebit Cæsar incursum vias:*

Nostris phalanges sint modo instructæ satis.

FRI. *Non tota summis constat ex ducibus manus?*

HAS. *Vnum duobus vel tribus vix nos virum¹*

Obijcimus; hosti robur est tantum in manu.

FRI. *Haud lanius vnus pauit at innumeras oues:*

Totum vel vnus maçtat & lupo gregem.

Timidis & vnus præstat acer plurimis.

HAS. *Animos sed altos, & sat Ottocarus truces*

Dudum probauit: quos habendi pestilens

Incendit ardor: addit ambitio facem.

Neg, fiat hili robur hostis vel leue.

FRI. *At iniqua belli causa mentes deijcit*

Etiam potentes, arduos ac spiritus.

Rectore in ipso & plurimum pugne est situm.

A capite corpus fatet ipsum putido.

HAS. *Honestamoti causa temere prælij:*

Manus & Rudolphi fracta nunquam post Deum.

Nos

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Nos iuncta rebus sola dubijs excitant.

FRI. Armis profecto magnus ad miraculum
Micat vsq₃ Caesar. Non equestrem nobilis
Titulo induebat gloriam parto foris?²
Quintum³ virentis lustrum vt æui clauderet?
Quis gesta ab illo septies quinis die⁴
Commemoret annis? quæ Fridrico nomina⁵
Dominante meruit? quod sub Ottocaro⁶ decus?

HAS. Quamuis Rudolphus iam triumphis vltimas
Penetrârit oras orbis: hos animus tamen
Gestit senilis sæpe dictis euehi.

Res ore ferri fas & illustres virum.

FRI. Quanta à Bohemis post redux facta edidit?
Patronus agri iustus Alsatici & comes:⁷
Ac præses vrbis: iure Tigurum ceu pari⁸
Texit vocatus: dux vtring₃ bellicus.

HAS. Officio & animis totus Albertum & manu?
Sequitur parentem: sæpe degenerent licet:
Nati æmulentur rari & heroes suos.
Ne paria verò fata Caesar cum patre;
Ne videat vnquam: gente cæsum pro Dei
Quamuis in agris Accaron Syrijs tegat.¹⁰

FRI. Quin plura, magnum quàm vel Alciden ferunt.
Strauisse quondam; monstra patriæ noxia
Nostri Rudolphus seculi excidit Hercules.¹¹
Ne reliqua referam: non domi sex prælia¹²
Cum celeritate expedit admirabili?
Primo Guilelmus rhura Sangalli cremans
Frænatur armis: frater ac Montfortides

RVDOLPHOTOCARVS

Rapitur sacerdos Curij: sed ceditur

Eberardus odij fomes Aspermontides.

HAS. O quale terris numen Hartmanno sat a

Kyburgis alio mater Heduuigis dedit: ¹³

Auram Rudolphus hausit vt primam puer.

FRI. Firmatus alis inde Tigurinis eques

Comitem coercet clade Doggenburgiden: ¹⁴

Ad latus at arcem Acronij vertit lacus.

HAS. Nempe Vznabergam colle positam destruit.

FRI. Hinc celer iisdem frangit auxilijs domos

Muris minaces ac situ: dominos domat:

Tigurina eadem & gente Regensbergiden ¹⁵

Subiungit vrbi post alenti subditum.

HAS. Duce non Rudolpho cuncta Tigurinis cadunt ¹⁶

Meliora votis: vrbsq; profert limitem?

FRI. Ditio Kyburgi bella cognatos ferit

Mox inter ipsos: quam nouerca nomine

Sibi iniquus heres Lauffeburgus asserit:

Habsburgidarum gente quamuis profatus.

Hinc iure fratris, Parma quem tumulo tegit;

Armis Rudolphus repetit Alberti bona.

HAS. Fumat fauillis bellum adhuc latentibus.

FRI. Longè relatis tristius sed praelium

Vualtherus illa gente Geroltseggides ¹⁷

Vrbi Tribocum praesul infert principi.

HAS. Tot sospes Argentina lustris floruit

Sub pacis alis, innocens, nulli grauis:

Mystes & odij verset hanc capitalibus?

Exurat agros? ense pagos diruat?

FRI.

AVSTRIACA TRAGŒDIA.

FRI. Custos sed vrbi fidus auxilio volans
 Vastat Rudolphus rura Gerolfseggidum:
 Husbergæ & acri fundit hostem pralio.
 Qua clade procerum Sexies deni cadunt:
 Captos at ipsa strage plures sedecim
 Loris ligatos, struxerant qua ciuibus;
 Vrbi citato victor immittit globo.
 Vix ipse letho præsul eripitur fugax.

HAS. Quanta ergo vulgi conciderunt agmina?
 Tam misera equestres fata cum tulerint viros?

FRI. Ciuis nec vllus, præter vnum, ceditur.¹⁸
 Vbi se sacerdos ergo confusum videt:
 Vt spe tumuerit: cura pectus conficit
 Carnifica: & agrum solus exanimat dolor.¹⁹

HAS. Quis non Iehouæ vindicem agnoscat manum?
 Haud dira patres bella sacrifici serant:
 Haud arma sumant: iure vim nisi reprimant.
 Pia lingua gladius, hasta sanctæ sint preces:
 Et pro salute vota fiant publica.

FRI. Gestum supremò reliqua longè prælium²⁰
 Ardore superat: infulatus cum pater
 Henricus inter Rauracos; ac feruido
 Annis Rudolphus Marte conflagunt nouem.
 Namq; Neoburgum & forte Brisacum situ
 Sibi Rheni amenas præsul vrbes vendicat:
 Et loca Rudolphi plura circum prælio
 Haud nunciato fratre vastat complice.

HAS. Perrumpit ardens lata Mars vt mœnia:
 Sic firmat idem nuda muris oppida.

Basilea

RVDOLPHOTOCARVS

Basilea partem sic sui, vicum prius,
His mota bellis alligat sibi mœnibus.²¹

FRI. At pestis atrox, dira & vrbs factio²²
Tristes cruento suggerit bello faces:
Stellifera sociat cum Rudolpho se manus:²³
At signa gestans psittaci Henricum fouet.

HAS. Mors ipsa rebus factiones publicis.

FRI. Vrbs sed Tribocum celsa iam turrim struens²⁴
In hisce bellis copias meriti memor
Iungit Rudolpho iniuriarum viudici.²⁵
Et hæc Rudolphi gesta, saltem sed domi:
Hi sunt triumphis decoris illi perpetis.
Quis plura numeret iam sub imperij iugo²⁶
Confecta bellis? quid gerat porrò manu?

HAS. Letis superstes viuat ô terris diu:
Quartum triumphis æquet Henricum suis:²⁷
Hunc & minores æmulentur: vnicum
Et sint futuris columen orbis seculis.

FRI. Quin hostis animos ipse bellis inclytos
Herois effert; testis & dictis probat.
Nam cum Rudolpho iam Quiritum calculo
Imperia tradi, præsul audit, publica:
Ad verba stupefit: ac manu frontem ferit:
Tu summe cœli rector, inquit, te polo²⁸
Immotus alto contineto: vel tuam
Etiam Rudolphus occupabit regiam.

HAS. Haud sacrilega animus est manu rapere impius:
Diuina potiùs cuncta, Christi & gloriam²⁹
Prouehere terris: & salutem patriæ:

Hæc

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- Hac cura, hic vnus vigilis est animi scopus.*
FRI. *Et hic coacti finis est iam militis:*
Auulsa Caesar referat imperio vt bona:
Ac vos quieti reddat exemptos iugo.
HAS. *Bene cuncta Christo nostra succedant duce.*
FRI. *Comes at labori cura sit quoq; prouida.*
HAS. *Sed Hunnus huc cum gente Lasso leus volat.*³⁰

1. Vix vnum Rudolphus ad quatuor Ottocari viros habuit. Germ. scriptum. Impares copias, Latinū dicit Chronicon. Et chronici Colm. pars altera. 2. Factum anno 1243. fasti Colm. parte priore. 3. Natus enim fuit Rudolphus anno 1218. die 27 April. Eyzingerus, Chron. Colm. pars prior, Calendas Maias natalem faciunt. 4. ab anno scilicet 1243. ad currentem 1278. 5. Militauit enim iuuenis in Lombardia sub Friderico II. imperatore. Alb. Argentinensis. 6. Vide notam 32. actus 1. scenæ secundæ. 7. Fuit enim Rudolphus Alsatia Lantgrauius, vt loquuntur: & Argentoratum armis protexit. Eyzingerus, Paralipomena ad Vrsper. Vrstifius in Rudolphī diplomate actus 3. scenæ 1. nota 71. citato. 8. Spangenbergij historia Saxonica, Stumpfius lib. 4. cap. 51. 9. Eyzingerus, Lazius lib. 8. migrati. eiusdem genealogia, Stumpfius. 10. Eyzingerus, Fran. Tertius Bergomas in Austriae gentis imaginibus & emblematis. 11. Bergomas ibidem; 12. De bellis his sex, videatur Lazius in genealo. & lib. 8. migrationum, & Stumpfius varijs locis. 13. Mater enim Rudolphi fuit Heduuigis Hartmanni comitis Kyburgici filia: Cuspinianus & Eyzingerus, Stumpfius lib. 7. cap. 13. & Gerardus hanc Hartmanni senioris sorore constituant. Contra verò Lazius 8. migrationum refert: Rudolphum secunda Alberti comitis

mitis

RVDOLPHOTOCARVS

mitis Habsburgici coniuge Itha, comitis Pfullendorfi
 filia fuisse natum. 14. Stumpfius lib. 5. cap. 20. lib. 6.
 cap. 7. 15. Stumpfius lib. 6. cap. 4. 16. Gerardus Alber-
 to Mulneri Chronicon citans. Idem ex Stumpfo etiam
 colligitur. 17. Stumpfius lib. 2. cap. 29. Paralipomena
 ad Urspergensem: ubi clades hæc describitur. Munsterus
 lib. 3. cap. 58. 18. Paralip. ad Ursp. 19. Stumpfius &
 Paralip. 20. Stumpfius lib. 8. cap. 15. lib. 12. cap. 26.
 Vrstifius lib. 2. cap. 20. & sequente. 21. Vrstifius lib. 2.
 cap. 20. 22. De hac factione vide Vrstifium lib. 2. cap. 19.
 20. & sequente. 23. Gerardus, Cuspinianus, Stumpfius
 lib. 8. 24. Anno enim 1015. augustum illud Argento-
 ratense templum fundari: anno verò 1277. die 25. Maij
 turris illa extrui cœpta est. Stumpfius lib. 12. cap. 27. Para-
 lipomena ad Ursperg. 25. Lazij genealogia. 26. De
 his actu primo scena secunda: & hoc quoque loco iam
 dictum. 27. Bis enim & sexagies signis collatis victor
 euasit: Urspergensis, N. Reufneri Cæsares. 28. Vrsti-
 fius lib. 2. cap. vlt. Gerardus, Alb. Argentinensis.
 29. Stumpfius lib. 12. cap. 27. Siffridus Presbyter, Cuspi-
 nianus & alij. 30. Hunc ipsum bello primo & huic se-
 cundo interfuisse; testantur Bonfinius lib. 8. dec. 2. Cro-
 merus in fine lib. 9. Chron. Ger. scriptum, Auen-
 tinus, Nauclerus, Chronici Colm.

pars altera,

R. V.

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

IV.

RUDOLPHVS. LADISLAVS.

ARG. Hungari auxilia Rudolpho adducta. Ottocari iniuriæ Hungaris illatæ. Tartarorum in Hungaros continua per triennium crudelitas: in Polonos etiam ac Silesios immanitas. Fœderis inter Rudolphum & Ladislaum renouatio.

RV. **T**Am me benigno, gentis ô rex maxima,
Prosequeris animo: ceu malorum particeps?

Et tam citato copias cursu admoues?

LA. Iurata poscit nostra sic nuper fides.¹

Officia segnes grata non tardent moræ.

RV. Meritò Iehouæ numina agnosco mihi
Propensa: nudum² penè spacio qui breui
Hinc inde missis solus armis induit.

LA. Tumidos retundent numina hostis spiritus.

RV. Et pube caros cum frequenti filios
Hac modò recepi luce: spes sed tumeas;
Et robur Hunnis ante cunctos excitas.

LA. Etiam tremendis stipo Cumanis meos.³

RV. Sed quot phalangis milites numeras tuæ?

LA. Bis dena cernes mox virorum millia:⁴
Explorat hostis pars meorum iam manum.

RV. Quo tanta signo, digno & officio satis
Merita rependam, feruida ò iuuenis manu?

LA. Quæ cui potestas cunq; ab imperio venit:
Hanc pius eidem, Cæsari & debet sacro.
Imò supremè patris ego natus ferar
Ingratus: hostem patriæ nisi persequar.

Inia-

RVDOLPHOTTOCARVS

Iniuriosis nam quot Ottocarus modis
In fanda Belæ damna auo quondam intulit?⁵
In rura quoties nostra prædator ruit?
Et pacta violans; auream nec amphoram
Gemmis rigentem: gemina nec diademata
Nec sceptræ reddit prisca regni insignia,
Quæ rapuit amita; patribus & sacra Attilæ.
Ingens profundi nam vorago pectoris
Haud explet vllis homine viuo se bonis.
Quòd totam auarus si vel Europam voret:
Esuriet Asia regna, sitiet Africam.

R V. Vt contumacis sit graue Ottocari nefas:
Non tamen, vt hostis, vindicarem iniurias.
Imperij at vltrix læsa maiestas sacri
Rectore pœnam me suo iustam exigit.

L A. Casareum haberi nomen, vt sanctum, decet.

R V. Et lancinata queritur pax Austriæ.

L A. Et huic, & ipsi do fidem imperio meam.

R V. Togata sospes regna teneas: si tamen
Mars salua turbet: offeram hoc pro te caput.

L A. Sæpe leuis atrox caussa conflatur prælum.

R V. Vel nulla penitus: quòd solum gens pinguius
Opulenta scindit: plus iniqui sustinet.

L A. Graues referre parco vicinos patri:
Quas ante septem lustra clades sensimus?
Scythicis ab oris dira gens non Tartari⁶
Cum nube cæca, ceu locustarum agmina,⁷
Infusa terris cuncta complerunt loca?

R V. At belluarum nimbus alter Sarmatas

Tunc

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Tunc peruagatus, ac Silesos opprimit: 8

Profana raptans cum sacris, pueris senes.

Tu tamen hosti ne sit; urbem concremant 9

Auxilia Breslam: flamma cælo depluens 10

Sed ab arce adortos reijcit intacta Scythas.

In patria amorem pius at Henricus cadit 11

Legnicia in agro: fusus hei: præstigijs 12

Vt magica fumos expuit gens fœtidos

Aethiopsis ore: signa quod pictum ferunt.

LA. Heduuigi, quantum ô sancta perdis filium. 13

RV. Strage hinc tumescens auribus cadauerum

Explet resectis rabida gens saccos nouem. 14

Præda Morauis & mense fines diripit. 15

LA. Sed tota nostros legio fines irruit: 16

Tres hic & annos cæde seuit barbara: 17

Quingenta coeunt cum virorum millia.

Sacrata diuo fana Martino tamen:

Strigonij arces: Alba & armis Regia

Inuicta perstant: cuncta dum ui corruunt.

Infixa palis igne torret corpora: 18

Humana equorum capita suspendit iuba: 19

Ac terret atrox intuentes: virgines

Post supra maectat: & tyrannis Attilæ

Etiã furores superat, infandos licet.

Vastata fœtent rura corporibus: fames

Hinc rabida surgit: tristis insequitur lues:

Vtrunq; tollit clade reliquias virum.

RV. Miseranda vestra fata gentis: ne tamen

Videas quid vnquam tale; te superi tegant.

RVDOLPHOTTOCARVS

- LA. Te iuuenis vnum rebus in dubijs senem
 Sacrate Caesar, fixi asylum & anchoram.
- RV. Rata sunt bello pacta nuper foedera.
 Quin lege adopto te sacra mihi filium: 2^o
 Si patere saltem; vt que patiaris, obsecro.
- LA. Non venerer ego; cui magnus vni se patri
 Submisit orbis? Totus imi gestio
 Animi recessu iam duplo felicior:
 Dignare tanto quando honore vel imparem.
- RV. Nato quod ipse genitor est: hoc sum tibi.
- LA. Patri quod ipsi natus: hoc tibi sum, pater.
- RV. Officia defert cuncta ius tibi patrium.
- LA. Seruitia pietas mea tibi omnia consecrat.
- RV. Manus Dei vltrix esto, si faxo secus.
- LA. Si sponsa violem; scelera Diræ vindicent.
- RV. Amoris arrham patrij hoc aurum cape.
- LA. Pietatis arrha hac gemma te moneat mea.
- RV. Hanc tange dextram dulce fidei symbolum.
- LA. Solenne fidei pignus hanc tibi habe manum:
 Te quantum in vno gratulor mihi, mi pater.
- RV. Nil corda dirimet nostra, quàm lethi manus.

1. Bello scilicet anni superioris Auftriaco. Nauclerus genera. 43. Lazij genealogia, Cromerus lib. 9. Cuspinianus, Bonfinius. 2. Rudolphus enim respectu Ottocari inops, in vno Deo victoriæ spem posuit Chro. Col. pars altera. 3. Cuspinianus, Lazij genealogia. 4. Colmariense Chronicon quatuordecim; Munsterus, Iordanus & Boregk quindecim; Gerardus & Lazij genealogia viginti millia: Cuspinianus verò quadringentos solùm equites ponit; Haugius lib. 4. cap. 73. generaliter tantùm Hunnorum

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

kum auxilia nominat. 5. De his actu primo, scena se-
 cunda dictum est. De Hungarorum thesauris & clenodijs
 ab Ottocaro iniuste detentis, vide Nauclerum gener. 43.
 6. Philippus lib. 5. Bonfinius lib. 8. decad. 2. Paralipomena
 ad Vrsperg. Kranzij Saxonia. 7. Philippus ibidem.
 8. Ibidem. Cromerus lib. 8. Curæus parte priore anna-
 lium, Cuspiniani Austria, Paralip. ad Vrsp. & Kranzius.
 9. Curæus, Cromerus. 10. Ibidem. 11. Ibidem. & Phi-
 lippus. 12. Cromerus, Curæus. 13. Heduuigis enim
 Sancta, fuit Henrici Pij ducis Legnicensis mater. Philip-
 pus, Curæus, Cromerus. 14. Ibidem. & Boregk.
 15. Ibidem. 16. De infanda Hungarorum cæde legatur
 Bonfinius lib. 8. decad. 2. Ioan. Haugius lib. 4. cap 66. &
 sequentibus quatuor: ubi quinque centena Tartarorum
 millia ponuntur in Hungariam miserrime grassatorum.
 17. Præter Bonfinium etiam Cromerus, Cuspiniani Au-
 stria, & Ioannes Haugius lib. 4. cap 70. 18. Bonfinius,
 19. Boregk. 20. Gerardus, Nauclerus, Mutius, lib. 21.

CHORVS.

ARG. Portentorum passim visorum enumeratio. Noua
 Tartarorum in Poloniam ac Silesiam irruptio. Austria
 ab ijs olim intacta: Ottocari verò iam præda.

HEi portenta poli, prodigia heu soli;
 Multis crebra locis: Sarmaticis tamen
 Campis ante alios obuia plurimum!
 Namq; acies¹ inter nubes coit: acta q; cælo
 Arma crepant: raro terret concussa fragore²
 Terra viros: pluuio tempestas diripit anno³
 Oppida cum pagis: armenta q; mergit aqua vis.
 Qualiter erumpens in morem fluminis alueo

RV D O L P H O T T O C A R V S .

Me puero Oceanus Frisijs infunditur agris:
Et centena virum conduntur millia ponto.⁴

Triduo & inter fluuium Nyssa;
Vitrei ac amnem Viadri sanguis⁵
Pluuio manans imbre coloni
Rura Silesi lata cruentat.

Septipedis monstrum vituli biceps⁶
Prodit: utroq; canis capite; altero
Ad caudam posito: rictu minax
Dentato: volucrum genus & canes
Cuius inane animæ corpus pauent.

Et quater partu nouenos fudit vno liberos
Nupta⁷ equestri gente claro Margaris Virbosleo,
Vrbis agro regia. Sed regia inter mœnia
Ante messes editus tres, vix puer⁸ sex mensium
Fata cœlo missa pandit Sarmatis lugubria.
Hei Polonis, inquit! atrox Tartarorum quos manus
Ense mactans imminente capita truncis auferet:
Et resectum puluere hoc voluet meum obsceno caput.

Proh fata soli misera Arctoi;
Scythicam toties rabiem passi!⁹
Non post illam fera gens cladem,
Funestam Hunnis atque Silesis
Nouies binos ante autumnos¹⁰
Iterum irrupit cæde Polonos?
Non tamen Austriadum fines furor attigit vnquam
Tartareus:¹¹ nostroûe manus in sanguine lauit.
Virtus magnanimi nec tam ducis alta pauorem
Hostibus incussit: manus hos quàm diua repressit.

Barbari

AVSTRIACA TRAGOEDIA

Barbari & expertes hostis nos Marte tot annos
Ottocarus laniet: fas sit quos pace tueri?
Quid verò portenta ferent? non certa malorum
Sint documenta: ruunt in peius vbi omnia fatis?
Tu sed à nobis mala mitis arce,
O potens rerum Deus: ò quietem
Austriae genti refer: ac Bohemis
Redde vicinis tot iniqua passis.
Quicquid impendet graue, seu sinistrum:
Omne tu vindex mala tot struentem
Transfer in hostem.

Quæ fixa pilis capita, & exuuias ferunt
Hunni cruentas? ò trophæi sint nota.

1. Cromerus lib. 9. Factum anno 1269. 2. Ibidem & Curæus. Factum anno 1260. cum terræ motus alioqui rarus sit in Polonia.
3. Ibidem. Factum anno 1270.
4. Dubrauius lib. 15. Boregk. Factum anno 1230.
5. Cromerus. Factum anno 1270. 6. Idem factum anno 1270.
7. Cromerus, Curæus anno 1270. 8. Ibidem. Factum anno 1275.
9. Terenim ad minimū paucorum annorū interuallo, Poloniam tum à Tartaris fuisse vastatam; apud Cromerum & Curæum legitur.
10. Anno enim 1260 rursus Tartari Poloniam populantur. Apud eosdem.
11. Vide tertij actus chorum nota 15.

AT RVDOLPHOTOCARVS

ACTVS QVINTVS.

I.

LADISLAVS. RVDOLPHVS.

CHORVS.

ARG. Ottocari & Rudolphi castra. Cæsi ab Hungaris Bohemici. Capitibus resectis, & captiuis allatis felix futuri prælij auspiciū.

LA. **P**roperate celeres, ac verutis brachia
Leuate: cunctis spolia pateant liuida.

CHO. Auulsa fratres ora truncis cernite.

RV. Quid, magne iuuenis, hoc noui est spectaculi?

LA. Latum futuri faustum & omen prælij.¹

CHO. Hoc tu lehouæ summa des nostris manus.

RV. Quicquid sit actum, mens auet perdiscere.

LA. Accepta ducis ex ore percurrā breuis.

CHO. O subitus hostis casus aures mulceat.

LA. Redux vt ora iungor hac primū tibi:

Mox nunciari mando, Cæsar, copijs.

Haymburgi vt Istrum classe iam tranaueris:

Et milliare castra ab Istro ad tertium

Vuydebachi in agro² propiūs hosti fixeris:

Marchæ propinquum propter amnis limitem

Marchekium; in Hunnos conditum³ Ottocari dolo.

Huc iubeo, properè turma se sistat mea.

Secat ergo Marcham⁴ cauta Stylfridum propè:

Transuecta & vndas densum arundinibus nemus,

Prospectat; hostes inter ac te quod iacet.

CHO. Quid casu in hostis castra si gressum ferat?

LA. Similis palustri sylua cum sit & inuia:

Equis

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- Equis petentes latera rimantur solum:
 Solidumq; terra siccum & inueniunt locum.
 Latitare tacitos igitur hic hostes rata:
 Equitum repente bis ducentorum seges⁵
 Tendit per umbras tecta arundinea via:
 Nec visa cuiquam iam ferè hostibus imminet.
 Colli propinquat: superat ascensu locum,⁶
 Speculam Bohemi. Vi premit custodiam,
 Mactat, fugatq; gnaua substituit suos.⁷
 Speculata in hostem tumulo ab alto proruit:
 Cohortem & vrgens fundit incautam manu.
 Pars Sarmatarum maior est & Saxonum.⁸
 Induta galeis capita centum patrio
 De more gentis decutit ferro manus:⁹
 Viuos coercet ac ducentos vinculis:
 Metaviarum & proxima prædam refert.
 RV. Quàm tu benigno respicis me numine;
 O summa cœli templa qui torques manu.
 Fouere sanctum te magistratum probas:
 Maiora votis dum propitius das meis.
 LA. Hæc secta ab humeris ora tabo lurida:
 Religata nodis hæc phalanx: spolia hæc virum
 Primitiæ ab hoste sunt superbo nobiles.
 Hæc spem futura roborent victoriæ:
 Testentur animos ac meorum bellicos.
 RV. Obscura nulli res, vè armis se gerat:
 Perspecta & olim gens sub Ottocaro est mihi.
 Congressus Hunnos magis & hostilis iuuat:
 Epuli paratus regij quàm splendidus.

RVDOLPHO T T O C A R V S

CHO. *Germanus ocreis antè suras quàm tegat:
Calcem vel armet ferro: equum freno induat:
Sella aut locetur: rumpere vt studeat moram:
Superavit Hunnus stadia iam ter dena equo.*

L A. *Non subito in hostes ruere dispersos iuuat?*

R V. *Deliberandum hoc statuo de rebus die:
Audire & aueo dicta Lichtensteinida.*

1. De cæsis his Ottocari militibus legatur Cuspinianus in Rudolpho, Lazij genealogia, Chron. Ger. scriptū, Haselbachius, Gerardus. 2. Vide castrorum Cæsareanorum locum in Lazij genealogia, Chron. Germ. scripto, Haselbachio, Auentino. 3. Vt scilicet Hunnis resistere possit. Dubrauius. 4. Hoc Hungarorum vadum, videatur apud Lazium, Gerardum, Haselbachium, Chron. Ger. scriptum, Stylfridi verò solus meminit Lazius. 5. Cuspinianus. 6. Haselbachius. 7. Ibid. & Chronicon Ger. scriptum. 8. Idem. 9. Gerardus.

II.

L I C H T E N S T E I N I V S. R V D O L P H V S.
F R I D E R I C V S. L A D I S L A V S.
C H O R V S.

A R G. Copiarum vtrinque dispositio. Regionum sex in turmas: Cæsareanorum quatuor in ordines distributio. Singulorum duces. Vtriusque exercitus vexilla. Rudolphi solo in Deo fiducia ac pietas. Votium Deo templum parta victoria struendum.

LICH. *Omnia facessat hoste iam structo mora.*

R V. *Quidnam reportant ergo speculatores noui?*

LICH. *Fremere vt leonem iam Bohemum, nunciant.¹*

FRI. *Et mox Rudolphum ad prælia exposci, ferunt.²*

L A. Le.

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- LA. Leuis est triumphus ante victrices manus.
 LICH. Iam ferre palmam sed manu se iactitat.³
 FRI. Res igitur acies ipsa partiri iubet.
 RV. Ni praesit ordo, militem turbat metus.
 CHO. Ut ouile pastor, dux tegat sed copias.
 RV. De more ego hodie cuncta disponam meo.⁴
 FRI. At non, vetustas quod Ioui hanc tribuit diem.
 RV. Quin haec Iehoua, non profani sit Iouis.
 CHO. O luce verbi pectus aetherei calens.
 RV. Quot in cateruas secuit Ottocarus suos?
 LICH. In sex, frequenti sed refertas milite.⁵
 FRI. Socijs Bohemos prima Saxonibus tenet.
 LICH. Acie Moravi collocant se proxima.
 FRI. Firmat Turingos acta Misniadum manus.
 LICH. At Sarmatarum nimbus horret maximus.
 FRI. Hinc rex cohortes scindit in geminas viros.
 LICH. Sed ipse turma Bauaros sexta mouet.
 FRI. Stipant equestres hoc & agmen Saxones.
 CHO. Queruntur astu, & auro emuntur milites.
 RV. Quot in Phalangas legio se fundat mea?
 FRI. Numerosa vires singulis adimit cohors.
 RV. Sed valida lassam subleuat frequentius.
 FRI. At quaeq; multis plus valet constans viris.
 RV. In cornua ergo diuidamur quatuor.⁶
 FRI. Consilia cauti sic probant Taufersij.⁷
 RV. In bina fortes scindo Sueuos agmina.
 CHO. Sueuos at inter gente confines locat.
 LA. Quam sortiatur legio stationem mea?
 RV. Vtrunq; rapidis roboro Hunnis ordinem.⁸

RVDOLPHOTTOCARVS

- CHO. *Cursu citatis, iacere & aptis spicula.*
- FRI. *Prudenter acres fortibus densas viros.*
- RV. *Turmam ille primam fronte Matthias gerat;
Teutonidum equester militum Dux Treuschius,
Moueat magister proximam Schiltbergius.
Ordo mihi esto tertius: societ meis
Equites Iuuauij praesul: at Styri globum
Miles Carinthi, Carni & accedat seges.
His fida iungo missa Tiguro pectora.⁹
Hæc me sequatur lecta ductorem manus.
Quartus fideles nimbus Austriadas globo¹⁰
Me ponè teneat. Vestra enim caput hoc meum,
Committo fidei: si labantes vos meos
Spectetis: armis & peti nos acrius:
Fessos citatis subleuetis nos equis:
Vel morte mecum, vel trophæo nobiles.*
- LICH. *Mens vna pro te stare, vel cadere omnibus.*
- RV. *Tu cum corona positus ad læuam tua;
Magnanime iuuenis te seorsim sustine.¹¹
Graue te quid cui flore nolim hoc perpeti
Aliquo beatæ cum periculo patriæ.*
- LA. *Pro te vel ipsam fundere animam nil morer.
Publicam ob salutem, sacri honorem & Cæsaris,
Metuenda nulli; quanta sint discrimina.*
- RV. *Quæ signa verò gestat hostis Martia?*
- LICH. *Complura numero: fronte sed prima volans
Vtring₃ viridi picta campo crux nitet.¹²*
- RV. *Vexilla nostri sex eant exercitus.¹³*
- FRI. *Aduecta turmis bina iam Styri ferunt.¹⁴*

RV. *Suum*

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

R V. *Suum sit Hunnis: 15 Austria Haslouius leuet. 16*
Henricus aquila signa Romana sacra 17
Hachbergus ortu Marchio gestet manu.
Christum cruenta tu sed affixum cruci 18
Alberte patri prafer hoc signo mihi.
Hoc vita signo & parta lethifero est salus:
Hoc signa sisus signo 19 ego hosti conferam:
Labore scutum hoc comite hic ensis sit meis.

CHO. *O militantum, sancti & exemplum ducis.*
Res rara miles dux & hoc aeo pius.

R V. *Sextum reducet cum diem cras hebdomas;*
Christi monebit corda maectati pia:
Cras ruere in hostes more constitui meo.

LICH. *Omnes & animis & manu prompti aduolant.*

LA. *Vel prima in acie stare, si liceat, velim:*
Cum magno & hostem premere iniquum Cesare.

CHO. *Non vota, dextram nec penes palmae est decus.*

R V. *Te magne precibus Christe supplex aduocans*
Ad sancta celi templa protendo manus.
Pro me potenti tu manu sta: tu meam
Defende causam. O per tuum te sanguinem
Oro profusum; sis meis dux copijs.
Hostis superbos & retundas spiritus.
Si tu, quod opto, numen & posco tuum;
Victrice laurum porriges mihi dextera:
Hoc ego beato iustus Austriadum solo
Tibi celsa picto templa statuam marmore: 20
Tuae sacrata nuncupabo quae cruci.
Aras ego, ignes, thura, sacrificos viros,

SUM

RUDOLPHOTOCARVS

*Sumptus & addam: numen illic & tuum
Venerando cultus excitabo perpetes.*

LICH. *Audi precantem mitis: & patriæ patrem;
Onate partu Christi virgineo tege.*

CHO. *Vt curua reboant æra: litui dant sonum:
Et quadrupla abenis verbera crepant tympanis:
Ac tota rutulis legio se campis mouet.
Congressus instat: signa signis ingruunt.
Iusti laborem placidus ô belli foue
Celo micantum Christi legionum potens:
Et vota nutu nostra succedant tuo.*

1. Chro. Lat. scriptum. 2. Chro. Colmar. pars altera. 3. Ibidem. 4. Rudolphus enim, modò sibi liberum esset, semper in Christi passi memoriam ac boni ominis causa, die Veneris prælium inire: ac priore Iouis scilicet die, suam aciem disponere fuit solitus. Cuspianus, Haselbachius. Germ. chron. scriptum, Gerardus. 5. Gerardus, scriptum Germ. & Lat. chronicon, Haselbachius. Pars altera chronici Colmariensis ait: Ottocarum in plures: sed in tres præcipuè cohortes suum distribuisse militem: quibus verò gentibus singulæ constituerint: iidem consulantur scriptores. 6. Ibidem. Sed chronici Colm. pars altera dicit: Rudolphum suos in tres saltem phalangas distinxisse: quos singuli ordines habuerint milites, ac duces: ibidem refertur. 7. Gerardus, Haselb. Germ. scriptum. 8. Fecit hoc propter iaculandi peritiam. Chron. Lat. scriptum. 9. Tigurinos in prima fuisse collocatos acie, Stumpfius refert lib. 4. cap. 51. 10. Hos enim sibi in futurum collocauit præsidium: vt vltimæ scenæ nota. 39. & 40. elucebit. 11. Non enim prælio interfuit: vt infra in conflictu dicitur.

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

tur. 9. nota. 12. Germanicum chronicon, Haselbachius, Chronici Colmariensis pars altera crucem viridem ponit. 13. Lazij genealogia. 14. Ibidem. 15. Huius tamen scriptores non meminerunt. 16. De hoc ultima scena, nota 23. 17. Lazius, Gerardus, Vrstifius lib. 3. cap. 1. absolute signiferum vocat. 18. Albertus enim filius, crucifixi vexillum patri Rudolpho præferebat. Lazius, Gerardus. 19. In crucis enim signo, & Christi nixus præsidio, Rudolphus cum hostibus congredi solebat. Et hac cruce sceptri loco fuit usus. Cuspinianus. 20. Templum nempe sanctæ crucis, quod voti reus biennio post bellum, anno scilicet 1280. Tulnæ posuit, Cuspinianus.

III.

CYNIGVNDIS. BERNHARDVS.

ARG. Cæsaris de leonis & aquilæ pugna somnium: eius ominosa & minax Ottocaro interpretatio. Regina serò resipiscens.

*CV. Hei quot recursant curæ: & animo fluctuant,
Custos sacrorum! hei monita cur tua respui
Tam sancta? quò nunc misera vertar proh do lor?*

BER. Iam facta nullo corrigi pacto queunt.

CV. Luctus Rudolphi & somnium stimulat meos.

BER. Quis rumor aures, fama cor quæ vulnerat?

*CV. Aquilam leoni Cæsar imbellem truci
Inferre somno vidit anceps prælium.¹*

BER. Fortuna belli dubia, spem miscet metu.

CV. Tandem sed ales pedibus hei stratum premens

Discerpis

RVDOLPHOTOCARVS

- Discerpit vncis, rostro & armato necat.
- BER. Tibi visa statuis num quid hæc portendere?
- CV. Me virgo somni terret interpretæ sacra:
Aquilam leoni Casarem Ottocaro canens
Fato minacem iure pœnas pascere.
- BER. Bellum sequatur melior instans exitus.
- CV. Hæc præpes, (inquit illa) sublimis uolat:
Regina volucrum tuta ab ictu est fulminis:
Acuta Phæbi lustrat obiecti iubar:
Senio & iuuentam reparat exacto nouam.
- BER. Rex belluarum tumidus at rugit leo:
Indomitus ira frendet, immanis fremit:
Magnanimus ignes calido & efflat pectore.
- CV. Flammæ leoni sed ego in aquilam subditi:
Et aquila fortem iam leonem proterit.
- BER. Meliora speres dubia, quem fors iam iuuet.
- CV. Iam reuocatum monita; sed serò nimis:
Nidum in leonis aquila iam lustro struet.
- BER. Saluis studebam rebus Ottocarum quidem
Arcere bello: iam sed euentum Deo
Committe: vota proq; reditu concipe.
- CV. Diuos per omnes oro; ne tu, mi pater,
Miseram relinquant: tu sacra es mi anchora.
- BER. Arbitrium hominis non regit belli aleam.
- CV. Tu, queso, quantis fracta curis ardeam;
Expone regi nuncio: & saluum suis
Subduc periculis: & mihi incolumem refer.
- BER. Moles at humeris grauior. CV. insta. BER. qua via?
CV. Consilio, BER. vbi illud? CV. te penes. BER. si des prior.
CV. Con-

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

C V. *Contente precibus. BER. Caesar at si respuat?*

C V. *Atqui mouendus rex tibi est verbis meus.*

BER. *O pectus excors, odium & insaturabile.*

C V. *Propera, periculum est in mora: propera, obsecro:
Vitam reducto rege reddes mortua.*

BER. *Quemcunq; dederint fata cursum, pareo.*

C V. *Et linguam & animum Dii tuum, vt semper, regant.*

1. De hoc Rudolphi somnio, & eius interpretatione, chronicon Lat. scriptum & Haselbachius agunt. 2. Suprà actu tertio, scena secunda, nota secunda & tertia.

IV.

CVNIGVNDIS. NVTRIX.

ARG. Alia somnia quatuor, Ottocaro necem Portendentia.

C V. *Vbi, cara nutrix, alta nunc mens est mea?*

N V. *Quid tam citò animos deijcit? quo spes abit?*

C V. *Me cura pridem coxit: at ne ridear:
Tacitus profundo pressus est animo dolor:
Erumpit onere iam suo, & verba excutit.
Proh, dira saltem missa nobis somnia.*

N V. *Mouere somni quas molesti imagines?*

C V. *Sibi ipse nasci plura vertice cornua:¹
Rex, præter vnum, vidit & cuncta erui.*

N V. *In monstrum abiret réxne cornutus merum?*

C V. *Somnum probauit res sed hei verum nimis!
Non rex ademptis robur amisit suum*

Terris

RVDOLPHOTTOCARVS

Terris tot amplis: nî requirat perdita?

N V. *Contenta reliquum si colas, satis es potens.*

C V. *Teutonicus alto quindecim & miles polo*

Pleno orbe lunas Marte cernit congregi:

Reinbothus ortu. Mole reliquas exeunt

Geminæ: altera harum sed foraminibus scatet:

Impactæ in vnam ceteræ quam supprimunt.

N V. *Simulacra pugna, quidue te luna moueni?*

C V. *Miratus ipse hæc spectra miles quid velint:*

Stantem propinquo cernit Ottocarum loco

Euomere mixtis fæda frustis flumina.

N V. *Non rara veniunt: & recentes somnia*

Oculis figuras, ac remotas offerunt.

C V. *Alemannus amnem flamen itidem turbidum*

Ruere ad Bohemos spectat occiduo à solo:

Hyberni & vndis fragmina vehi marmoris.

N V. *An lymphæ cursu montium penetret iuga?*

Fluuij & Bohemis tot scatentes saltibus²

Circà iacentes Teutonum fines rigant?

C V. *Idem per auras illud ad spectaculum*

Sopitus audit voce ferri hæc flebili:

Lux heu malorum, tristis heu luctus dies!

N V. *Diluuiæ diui, & arceant incendia.*

C V. *Modò flamma belli, sit q̄, tempestas procul.*

Et me remordent regis olim somnia

Immissa matri: grauida vt hunc aluo tulit.

Vtero teneri visus est etenim lupus;³

Subigens Bohemos: ore vicinas petens

Hiante terras; & recondens pectore.

Leo

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

*Leo sed aduncis hunc adortus vnguibus
In frustra laniat: victor & regna occupat.*

N V. *Solicita terrent, somnia & temeraria:
His leuia niti corda nec fas, nec pium.*

C V. *At certa iudex plurima euentus docet.
Congrua quot ehei signa concurrunt modo:
Misera & mariti in fata conspirant quasi.*

N V. *Sinistra melior exitus probet omina.*

C V. *Hoc opto votis: mixtus at cura metus
Ancipite partes pectus in varias rapit.*

N V. *Pro rege curas pone: mox cernes virum.
Sed qua per auras mixta gemitu vox sonat?
Quis ille, propero qui gradu celer huc volat?
Squalor quis oris? quid gerit? quid fert mali?*

1. Tria hæc priora somnia; de cornibus scilicet Otto:
caro natis; de lunarum prælijs; & de flumine versus Bo-
hemiam ruente, ac voce insuper lamentabili exaudita: vi-
deatur Siffridus Presbyter lib. 2. epitomes historiæ: Bo-
regketiam ex Siffrido hæc adducens. 2. De his se-
cundo actu, scena secunda, nota sexta fuit dictum.
3. Chronici Colmariensis pars altera.

V.

NVNCIVS. CVNIGVNDIS.

NVTRIX. CHORVS.

ARG. Prælij locus. Equites aurati à Cæsare
creati. Symbola militaria. Anceps pugna. Austria-
corum vexillum Haslouio decidens leni: à Lich-
tensteinio rursus eleuatum. Cæsareanorum pe-

H

RUDOLPH OTTOCARVS

riculum. Rudolphus opem à Deo precatur. Equus sub Rudolpho cæsus: Cæsar in terra iacens alium in equum subleuatus. Cæsareanorum stratagema. Turbatus Ottocari exercitus. Milotus regem deferens. Ottocarus cum quatuor socijs fugiens. Cæsi Bohemici: capti: in fugam acti: fuga erepti: Ottocarus à duobus insequentibus ex vindicta cæsus: inflictis octodecim vulneribus nudus repertus: Laam delatus. Rudolphus Ottocari necem deplorans: cæfores suo conspectu arcens. Dies prælij. Bohemorum strages quanta. Iusta denique Dei vindicta.

- NVN. **O** Dura, seua, dira fata & atrocia:
 Tam miser an vlllo casus auo nos tulit?
- CV. Clamare cessa: quid feras, citus expedi.
- NVN. Quæ prima verò, aut media, vel sint vltima?
- CV. Ordine recense cuncta: nec quid supprime.
- NVN. Hodierno vt ortu sol recurrit: prælium
 Signis laceffunt hostis & rex mutuis
 Patente campo: Marcha cui nomen facit;
 Amne regiones Austrios intersecans:
 Et signa coeunt rure Nidersbruggij.¹
 Tigurina centum corda; & alios nomine²
 Decorat equestri: fronte & hos Cæsar locans³
 Toto intuentum statuit exemplum globo.
 Nostras cohortes instruit rex Symbolis.⁴
 Teutonibus indit: regna quouis hic die⁵
 Romana. Boemis tale. Bude V Vicz Praha.⁶
 Vox cæteris est Praga. CHO. Tumidè sed nimis.
- NVN. At Christus hosti sola fidei est tessera:⁷
- CHO. Cumana risum gens prius quem nunc vocat.⁸
- NVN. Iuuenem Rudolphus monte Lassoleum locat:⁹
 Ex quo propinquus spectet armorum vices.

NVN. Ani-

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

NVN. Animant cohortes : semet exemplum & duces¹⁰

Animi exprimendum fortis, ac ponunt metus,
Incendit atrox rauca bellum buccina.

Prospectat hostis nos, & ad numerum pauent
Vel bellicosi. Currite equites, currite;¹¹

Clamat Rudolphus. Præ metu hi sellas equi:¹²
Retinacula illi contrahunt pedum arctius.

Tremor at duobus scuta manibus excutit:¹³
Campo hoc rubenti tres gerit similagine.

CV. Vah Pfsannebergi fracta comitis pectora.¹⁴

NVN. Croceo sed atrum gestat id colubrum sinu.

CV. Trepidare produnt arma & hæc Vvurtembergium.¹⁵

NVN. Præsul sed vrbis reuocat animos Rauracæ.¹⁵

Mox signa cœunt. Cæsar & rex cum suis
At primi aceruis Marte dubio conuolant.¹⁶

Mystæ satelles Rauraci ante alios equum¹⁷.

Vbi calcitrantem calce Schörlinus fodit:

Monet euolantem Cæsar omnes subsequi.

Basileus ergo vota eques sua Rheinius¹⁸

Cantu hoc Rudolphus pro Rudolpho concipit:

Tu diua præstô virgo sis, genitrix Dei:¹⁹

Ope tu secundes; nec sinas nos supprimi.

Vtrunq; penetrat carmen hoc exercitum.

Commixta telis spicula, hastis lanceas:

Collisa clypeis scuta, gladios ensibus

Vtrinque cernas. Clamor it cælo virûm:

Hinnitu equorum reboat æther: pulueris

Per rura nubes surgit, ac cœlum tegit.

Hac parte stragem Mars, & illa dat grauem:²⁰

RUDOLPHOTOCARVS

Maclato aceruo manat & campo cruor.
Hic data feruntur plurima inter funera
Tigurini ad vnum à fronte volui sanguine.²¹
Cades vt horæ tristis hæc spatia furit:²²
Haslouius æuo fractus Austriacum manu²³
Signum remittit mole: Lichtensteinius²⁴
Henricus oneri mox labanti subuenit:
Vexillo & aciem reparat euecto integrum.
Animosa Styri corda & Austriadae probant.²⁵
Acie sed extra saucium famuli ferunt²⁶
Vbi Pfannebergum: Styra cedit gens retro.²⁷
Vrgent Rudolphum fata: desilit ex equo:
In genua stratus tollit oculos & manus:²⁸
Tu Christe, clamat, solus auxilio veni:
Ades, oro supplex sacra per tua vulnera.
Sua præsul addit vota precibus Rauracus:²⁹
Reliqui sed armis rem gerunt: animus redit
Iam penè fractis: Styri & vrgent prælium.³⁰
Clamant Bohemi: Praga,³¹ Praga: Cæsaris
Legio sed auras, Christe,³² Christe, personat.

CHO. Arctis vnus rebus est salutifer.

NVN. Mars aliquot horis funera æquat mutua.³³
Modò nos, modò illi vincimus, vel vincimur.
Fors ausa nostris mox iuuans palmam annuit.
Heruuartus instar montis omnes eminens
Inhiat Morauus Cæsari Fulnsteinius:³⁴

CHO. Robustus, audax, trux, vaser, leuis, impudens.

NVN. Cladem emptus auro cui minatus maximam
Insultat hasta, cursu equi, & ceco impetu.

Cele

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

- Ceu leo ruentem Caesar vrsus lancea
 Angusta galeæ per foramina excipit:
 Punctu & cadentem victor extendit solo: 35
 Gigas & animam sanguine & gemitu euomit.
 In equo Rudolphi miles interea impiger
 Ferrum recondit: cum viro sonipes iacet. 36
 Calces equorum stratus, ictus ac virum
 Scuto sonantes arcet: ac se vi leuat 37
 Terra Rudolphus, hostium cinctus globo:
 Multorum & vnus iam pedes vim sustinet. 38
 Vlricus alis aduolans Capellides 39
 Ceu seuaraptis vrsa pro catulis noua
 Irrumpit acie: ferro iter per nos secat:
 Alio & reseruat Casarem statuens equo.
CV. Iam medio regi: iam tremor pectus quatit.
NVN. Hic bella demum dirus accendit furor:
 Omnes & vno conserunt manum impetu.
 At nostra gemino deficit casu cohors.
 Nam latere ab vno turma nostras Austria
 Sulco phalangas findit: ac sese ingerit. 40
 Hachbergus alia parte Marchiades globum
 Clamore nostrum fraudulento territat. 41
 Fugiunt, tonabat voce, fugiunt: Austria
 Mox turma vocem iussa repetit millies.
 Dare terga nostros, nos rati, diffundimur.
 Rex turris instar perstat immotus: 42 latens
 Miloti & agmen latere subsidium aduocat.
 At renuere illum; mox eques renunciat.
CV. Quid si suorum rex dolo & scelere occidat? 43*

CHO. *Quid fratris vltor turpiter si filiam
Moecho stupratam⁴⁴ rege: & ipsum vindicet
Fratrem; innocenter turre combustum dato⁴⁵
Huic igne: nata iure questum de probro?*

CV. *Quid victus auro si dedit Dominum neci?⁴⁶*

NVN. *Milotus ala vix sua erumpit: cohors
Cum sparsa regem, & profuga bello deserit.
Pudenda tergis accipit pars vulnera:⁴⁷
Cruor & sequentes largus enses imbuit.
Pars nando Marcham tentat: vndas ac vadi
Ignara potat: corpora & rapitus vorat⁴⁸
Immissa vortex: scuta & aufert cum viris.
Propulsa in amnem pars fuga submergitur.
Pars enatando haec: illa se cursu eripit.
Pars capta manibus sed ligatis, ceu pecus,
Rapitur caterua: & acta stimulis pellitur.*

CV. *Quid rege verò de meo fit, obsecro?*

NVN. *Rex sustinendo se videns hoste imparem:
Comitum recedit quatuor tectus manu.⁴⁹
Alij petitem tota in acie mox duo⁵⁰
Regem sequuntur: genere Cunringo Austrius:
Styrus sed alter gente Merrenbergides.
Binos trucidant: terga sed vertentibus
Regem duobus solum adorti vi premunt:
Ut cygnum ad uncis aquila pedibus implicat.
Quouis reluctans rex, sed incassum, modo:
Et vocem & oculos humilis, & tendens manus
O parcite, inquit, oro, victo parcite.
Auri talenta pro salute spondeo⁵¹*

Quae-

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Quaecunq; vobis me sacra astringo fide.

Non vincit aurum corda; non flectunt preces

Incensa furij: supplicem raptant equo:

Laniando certant: bis nouenis sauciant ⁵²

Vulneribus artus: fixo & insultant humo.

CV. O dira celi templa, terras ô truces:

Quò misera vertar? quid geram? cui conquerar?

NVN. Per pectus ensem Styrus adigens; nunc iaces:

Fratrem ⁵³ eximebas qui cruce insontem, refert.

Hadamarus ictu colla rumpens Austrius;

Iam natam adulter fratris, inquit, polluas: ⁵⁴

Nostram tuis & inquines gentem nothis.

CHO. Sic innocentum sanguis immergit reos:

Cruor & tyrannos sæpe suffocat suos.

CV. Hei me scelestam, regem in ipsum, & impiam!

Ignara vestis fraude Nesselæ Herculem

Obiecit vxor coniugem Oeneis pyræ. ⁵⁵

Meum hei veneno sed sciens ego Herculem

Trucido linguæ! quid manu lethum morer?

NVN. Audit referrit nomen Ottocari frequens:

Saluum periculis Cæsar educi iubet.

Otho mox recurrens ille Berchtolsdorfius:

Mæsta & reportat ⁵⁶ nuncia Emmerbergides:

Vixisse regem. Cæsar his dictis stupens

Auertit aures: casum & Ottocari gemit

Sibi culti, & ira feruet; haud captum dari:

Conspectu & arcet cædis autores suo. ⁵⁷

NV. Conuersionis sortem hei subitam, & grauem!

CHO. Sic ô furentes, sic Scythas tot secula

RUDOLPHOTOCARVS

Impune Christum persecutos vindica;
Rudolphe quasi columnen orbis vnicum:
Spolijs onusto Thraces ac tibi seruiant.

NVN. A strage Caesar temperare omnes monet: 58

Inhiberi at Hunni non potest rabies trucidis.

Nudo repertum corpore, exutum & bonis 59

Laam Rudolphus mandat Ottocarum vehi. 60

CV. O semper atram: sexta post vigesimam 61

Quoties Bohemis redeat Augusto dies!

CHO. Iudicia Diuum proh tremenda opibus grauem,

Ostro & superbum tela vix humilis tegat?

NVN. Spolia hinc Rudolphi miles ac praedam rapit:

Et campo & vndis: stragis ac nostrae viros

Numerans; bis ultra septies mille inuenit. 62

NV. Ehei putanda est quanta victorum manus!

NVN. Longè at minorem Caesaris cladem ferunt. 63

CV. Sic cerno regem, sic ego excipio meum?

Hei monita Diuum spreta, risa & somnia!

CHO. O dignitatem in foeminam, grauior viris,

Tuitus fuisses; mulier o rex, viueres.

CV. Medea patri filios; natis patrem 64

Ego saeva maesto: hei nate regno iam tuo

Eijcitur: hostis te nisi in fontem ferat.

NV. Hei tantus vno virne momento ruat?

CV. Exosa cunctis quò ferar? cui supplicem?

Cui tuta fidam? fata vos, fata horrida;

Regno o nocentem rapite me quoque perditio.

CHO. Sic stabile nil est: summa ad imum sic ruunt.

Sic contumaces ac rebelles regibus:

Animis

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

*Animis tumentes, regna violenta, improbum
 Regnandi amorem, perfidos, tyrannidem:
 Scelera & seueri cuncta plectunt Cœlites.
 Si regna & vrbes videris: quæuis suos
 Et regio & atas (heu malum!) Ottocaros habet.
 Semper Rudolphum sed suum patriæ tamen
 Votis petitum largientur numina.
 Vos rege moniti sapere reges discite:
 Vestro & caute quisq; abuti numine.
 Potentiosem semet alium quisq; habet.
 Vos sed mariti coniugum potentiam
 Inhibete frænis. Semper imperium viris
 Muliebrem nocuit: sæpe pessundat viros:
 Et tota luctu regna turbat flebili:
 Tragicus theatrum sicut hoc planctus quatit.*

1. Prælij locus fuit Nidersburg, dicit Iordanus: & quidam rectè. Nidersprung Mutius lib. 21. & Stumpfius lib. 2. cap. 30. dicunt. **Auff dem feld Derspurge** / ait Boregk. Ad oppidum Lauam, Dubrauius: ad Laam Gerardus: in campo Marchiæ haud longè à Cistersdorf, Cuspinianus inquit. Commissum fuit prælium in ipso castrorum campo: qui Germanis à flumine suo, **Marchfeld** nuncupatur. Vide primam huius actus scenam, nota secunda.
2. De equestri dignitate ante prælium distributa, agit Chro. Germ. scriptum. Haselb. lib. 3. Centum autem Tigurinos à Rudolpho tum creatos fuisse equites auratos, Stumpfius refert lib. 6. cap. 17. & Gerardus lib. 1.
3. Stumpfius ibidem. Sueuos etiam prima in acie stetisse, testatur Vrstisius lib. 3. cap. 1.
4. Hæc symbola refert Chro. Germ. scriptum & Haselb. Licet autem vterq; Bo-

RUDOLPHOTOCARVS

hemis quatuor fuisse Symbola referat : tria tamen saltem in omnibus exemplaribus, quotquot mihi videre licuit, leguntur. 5. Chronicum vetus Germanicum habet: **Hie Römisch Reich alle tage.** 6. Scriptorum vitio quædam exempla habent : Budeuetz Bracha; quædam Budeuetz Brocha; quædam Vvuduvas Brocha. Sed hoc vitium Austriacis innatum quasi est; vt pro B litera Vv legant & pronuncient; & Barbaræ cui nomen est; Vvarvuarum vocent. Puto ego, Symboli huius tria distincta esse vocabula Bohemica : Bude Vuicz Praha, hoc est, erit amplius Praga. Reperiuntur & aliàs apud scriptores Bohemica; vel origine sua veriùs Sclauonica quædam vocabula: qualis apud Herodotum & Strabonem est, Massagetarum appellatio; qui à Masa gedi; hoc est à carnibus vorandis id mihi nomen accepisse videntur. 7. Hoc enim gloriosum Christi nomen solum, Rudolphus tum Cumanos; tum exercitum totum inuocare iussit. Chro. Germ. scriptum. Haselbachius lib. 3. 8. Dicit enim scriptum Chro. Latinum : Christi nomen ante hoc tempus à blasphemis Cumanis & semiChristianis Hungaris fuisse derisum : Haselbachius verò Hungarorum non meminit. 9. Chron. Colmariense, Gerardus, Haselbachius etiam & Liber Ger. scriptus; vbi vterque refert; prælio interesse Hungarorum regi non permitti : cum tamè exempla manifestè repugnent. Cæterum Ladislaus rex, octodecim annorum erat adolescens. Chronicon Colmar. parte secunda. 10. Dubrauius de Ottocaro. Gerardus de Rudolpho & Ottocaro. 11. Vrstisius, Chro. Germ. scriptum. 12. Idem scriptum Chronicon. 13. Ibidem; vbi scuta describuntur. 14. Comites enim Pfannebergenses hoc utebantur insigni; vt antiqua monumenta & diplomata referunt : quemadmodum de Vvurmbergijs eadem testantur. 15. Haselbachius, Germ. scriptum, Lazius.

RVDOLPHOTOCARVS

- Lazius. 16. Chro. Ger. scriptum, Gerardus, Dubrauius, Vrstifius. 17. Alb. Argentinensis. Vrstifius hunc Henricum Schörlinum Basiliensis: Gerardus autem, Salisburgensis præfulis ministrum fuisse scribunt.
18. Iidem autores. Gerardus hunc Helueticæ linguæ Dialectum secutus, Rhinium: Vrstifius *Gerz in Rudolphze Rhein*: Haselbachius de Rheno vocat: idem facit Alb. Argentinensis. 19. *Mutter Gottes steh vns bey/ vnd las vns nitt verderben.* &c. Vrstifius. 20. Anceps enim erat pugna: Gerardus, Haselb Germ. scriptum, Mutius, Bonfinius. 21. Stumpfius lib. 6. cap. 17. Gerardus scribit: horum gentilitia insignia Tiguri in Minorum templo ad rei memoriam depicta conseruari.
22. Haselbachius. Scriptum Germ. ait: vnus milliaris iter illo temporis spacio perfici potuisse. 23. Haslouius enim hic annum ætate centesimum iam superans (vt in proœmio dictum est) Austriæ fuit vexillifer. Lazij genealogia, Historia Germ. scripta. Quomodo verò huic vexillum deciderit: videatur Haselbachius: Leuuenclau in proœmio ad B. Lichtensteinios peculiari rerum Turcicarum descriptioni præmissio: & historia Germ. scripta. Lazius simpliciter Haslouium Austriæ vexillum gestasse refert. 24. Locis iam notatis.
25. Gerardus, Haselbachius. 26. Lazius, Gerardus. 27. Ibidem. 28. ibidem. 29. Lazius. 30. Lazius & Gerardus. 31. scriptum Latinum Chronicon. 32. Ibidem. 33. Rursus anceps prælium per aliquot horas, Lazius, Gerardus, Auentinus, Bonfinius, Aen. Syluius cap. 27. 34. Gerardus Polonum, Chro. Lat. scriptum & Haselbachius Turingum vocant. Chron. Ger. scriptum patriæ gentis non meminit. At Morauum fuisse, antiqua probant monumenta. Haselb. & scriptum Latinum non Fulnsteinium, sed Vvolnsteinium vocant.
35. Ibi.

RVDOLPHOTOCARVS

35. Ibidem. 36. Gerardus, Chro. Germ. scriptum & Haselbachius. Autor Latinus scriptus Fullensteinio hoc attribuit: Chron. Colmariense viro cuidã forti adscribit: Sed Auentinus, Vrstifius & Munsterus lib.3.cap.19. simpliciter, equum fuisse cæsum inquit. 37. Colmar: Chronicon. Iordanus, Munsterus lib.3.cap.19. 38. Gerardus. Auent. Iordanus. 39. Chro. scrip. Latinum. Gerardus & Auentinus. Quorum hi duo hunc Berchtoldum: Diplomata verò Streiniacæ bibliothecæ Vlricum vocant. Scriptum Ger. Chronicon & Haselbachius hæc paulo aliter referunt. 40. Gerardus, scriptum Ger. Haselbachius, Chro. Colmariense, Iordanus. 41. Alb. Argentinensis, Gerardus & Vrstifius: Colmariense Chronicon hoc Stratagema Bohemis tribuit: quo Cæsareani tamen animati potiùs sint, quàm territi. 42. Hoc ijsdem ex locis, & ex Dubrauiò perspicitur. 43. Milotus hic seu Milota, iuxta Dubrauium, Morauix fuit Præfectus vel Capitaneus, qui Ottocarum ex vindictæ cupiditate deseruit, Dubrauius, Gerardus, Germ. & Lat. Chro. scriptum: Haselbachius, Bonfinius. Aen. Syluius regem à suis fuisse destitutum generaliter loquitur. Qua de re apud Othonem abbatem rythmi leguntur Latini. 44. Gerardus. Dubrauius autem offensi Miloti causam non exprimit. 45. Gerardus, Germ. scriptum, Haselbachius, Lazius Latinum scriptum simpliciter necatum fuisse afferunt. 46. Dubrauius. Gerardus hanc à Bohemix historicis causam adferri scribit. 47. Lazius, Gerardus, Chron. Colmar. Cuspin. Vrstifius. 48. De Ottocari militibus in Marcha fluuio submersis, fuga elapsis & captis: videatur Lazius, Lat. & Germ. Chronicon scriptum, Haselbachius & Auentinus. 49. Scriptum Germ. Haselbachius. Lazius & Chronicon Lat. scriptum non certum definit numerum. 50. Dubrauius, Bonfinius & Aen.

AVSTRIACA TRAGOEDIA.

Aen. Syluius cæsores duos fuisse Styros aiunt; Gerardus genere Merrenbergios addit. Germanicum Chro. scriptum & Haselbachius aliquot Styros dicunt. Lazius verò duos; & alterum Styrum Merrenbergium; alterum Hadamarum Cunringum Austrium fuisse inquit; quod verum simile videtur. Scriptum etiam Chron. Latinum, Ottocarum Styrorum & Auftriorum vindicta cæsum affirmat. Fallitur Naucerus: qui Bohemum à Berchtoldo ab Emerberg dapifero transfixum statuit; cum Cæsar hunc Ottocari conseruandi & adducendi caussa miserit: vt iam nota 56. dicitur. 51. Scriptum Germ. & Latinum, Lazius, Haselbachius. 52. Siffridus presbyter lib. 2. Bruschius lib. 2. de Laureaco. P. Langij Chronicon Citizense. Gerardus, Lazius, Matthæus Palmerius contra aliorum fidem ait; Ottocarum non occisum; sed captum tanquam contemptum mancipium fuisse seruilibus adhibitum officijs; postea verò regno restitutum. Quod considerata Rudolphi in Ottocarum obseruantia & animo lenissimo longissimè à vero abest. 53. Aen. Syluius, Haselbachius, Gerardus, Lazius. Vide notam 6. actus 1. scenæ 1. 54. Ex hac enim Rex viua adhuc Margareta coniuge, vtriusque sexus natos; & nothum illum Nicolaum Oppauensi ducatu donatum, suscepit. Dubrauius lib. 17. 55. De Deianira, vide Sophoclis Trachinias. 56. Gerardus, Lazius. 57. Dubrauius. Et Cæsarem Ottocari casu grauitè doluisse; Gerardus, Lazius & Siffridus lib. 2. referunt. 58. Gerardus. 59. Scriptum Germ. Mutius. Naucerus à Ruffianis regalibus exutum, inquit. Haselbachius à Calonibus denudatum ait. Gerardus. 60. Haselbachius. Chro. Germ. scriptum. Cuspinianus solus inquit: regem Laæ primùm expirasse. De sepultura apud hos; Mutium, Bonfinium, Dubrauium & alios varia est opinio. Ossa verò eius Pragam esse relata, constat. 61. De anno ac die cædis

RVDOLPHOTTOCARVS.

cædis historici non congruunt: Cuspinianus & Munsterus annum 1279 ponunt: Naucerus autem, Haselbachius, Chro. Germ. scriptum, Thomas Iordanus in marginalibus ad Dubrauium, Boregk, Aen. Syluius & plerique alij annum statuunt 1278. Præterea Gerardus, Haselbachius & nonnulli alij VII. Calendas octobris: non pauci verò 26. Augusti: quanquam etiam plures 27. B. Ruffo sacram, Ottocaro fatalem faciunt: inter quos sunt Dubrauius: in hunc Thomæ Iordani marginalia. Boregk, Aen. Syluius & Haselbachius. Chronici Colmariensis pars altera, & Christophorus Iordanus vigiliam B. Bartholomæi: scriptum Chro. Germanicum diem Barbaræ consecratam, Ottocaro necem attulisse volunt. 62. Gerardus, fastorum Colm. pars prior, Cuspinianus, Munsterus lib. 3. cap. 19. Ch. Iordanus. 63. Bonfinius, Aen. Syluius cap. 27. 64. Euripides in Medea. Deianira partim Sophocleam ad Trachinias: Medea verò partim Euripideam in hac Tragœdia imitationem prodit.

F I N I S,



RVDOLPHIDOS
LIBER;

RES AVSTRIADVM
A RVDOLPHO I. AD
II. VSQVE NOSTRVM;
pictura Streinofreidekia-
na subijciens.

GEORGIO CALAMINO
Silesio Autore.





Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





D. RVDOLPHO II
INCLYTO ET POTENTIS-
SIMO CAESARI, EX ARCHO
*Austria, Principi Augusto, Optimo
& Maximo.*

EX tragico paulum sed iam, rex magne, theatro
Huc dignere, precor, facilis cōvertere vultum:
Freidekium nec enim solo de marmore cernes
Streiniadæ: ingenij lusu sed picta videbis
Numina; Cæsareis, regumque illustra sceptris:
Austria tercentum quæ mensibus alta Rudolpho;
Rudolphum à primo te seuit ad vsq; secundum:
Partaque semideum lustrabis Marte trophæa.
At florere tuis Pater hîc quam diue triumphis
Laurum prospicies; non vllò concidet æuo:
Imperio æternos & gens dabit Austria reges:

*Serenissimæ Tuæ maiestatis
Cæsareæ humilimus cliens*

M. Georg. Calaminus
Silesius.

RVDOLPHIDOS

LIBER.

PECTORE dum reuoco memori, tacitusq; requiro;
 Freidekio ter visa tuo dignissima versu:
 Mens iterum formas stupet admirata priores:
 Hasq; videt magno vix posse volumine dici.
 Quæ paucis tamen his rerum fastigia tangens
 Persequor: ô patria columen bonus excipe Steini.
 Quisquis Freidekium longè prospexerit: arcem
 Num video? augustam vel cerno, dixerit, urbem?
 Tam spatio patet hæc lato, tam mœnibus ampla:
 Ardua tam tectis, nitidis ac turribus exit.
 Ac mirum; ex imo tantam fundamine molem
 Vnum posse virum ad celsas educere nubes:
 Centum bis denis alij cum ponere lustris
 Pagum vix humilem valeant; signare vel urbem.
 Huius non operis sed adhuc finisse laborem
 Streiniade satis est. nec enim tu mente quiescis:
 Donec cœpta graui sacra Diuûm limina sumptu:
 Vicus & oppiduli surgat Versnizius instar
 Arces pone tuas: decus olim cuncta nepotum.
 Publica sic floret bene res: sic perpete viuit
 Igne focus: si thure precum calet ara perenni.
 Primo vix aditu patulis subit aduena tectis:
 Ac citò, quod miretur, habet. Ferat omnia circum
 Intentos oculos: nihil hîc occurret inane:
 Nil deerit: nulla quis parte superflua cernet.

Hic,

Freidekij am-
plitudo.

Templum &
vicus arci pro-
pinquus.

L I B E R

Hic, quæ prætereunt ignavi, multa docebunt:
Artificisq; manum ducent, normaq; præibunt.

Nec tua tam lautis conuiuas atria mensis;
Et miti exhilarant Baccho: quàm corda figura
Pascunt flexanima supra caput ordine pictæ:
Hic, vbi celsa patent longo cænacula passu.
Trita nec, à lippis hic aut tonsoribus hausta
Cernere erit: nouitas animos miranda mouebit.

Ingeniosa tenent quæuis emblemata formæ;
Vno vel geminis latè spectantia verbis:

Ingenij documenta tui felicia Streini
Omnia; quæ vitæ speculum sint atq; theatrum.

Iam breuis angusti mortales excipit æui
Terminus: ergo modo tener est quocunq; regendus

Flos iuuenum: præstans seu lumina flectat imago:
Percellant animos vel acutè dicta profundos:

Et sic vera statim est annis sapientia primis
Instillanda homini: venit albæ rara senectæ:

Ipsos docta viros etiam spectacula longum
Contuitu retinent doctrinæ plena senilis.

Dulce quid alloquiū, quicquid moueatur, et oris
Mella tui: & summis referam de rebus acumen?

Proxima cænatos laqueatis limina tectis
Accipiunt: iusto simulacra & in ordine viua
Induperatorum monstrant, regumq; ducumq;

Hic quoq; suspicies peregrinis edita terris:
Et quæ mira parit monstrosus plurima pontus.

Inde salutantem faciles vbi limine Musæ
Excipiunt: veras & opes, & pectoris imas

Coenaculum.

Eius picturæ.

Symbola &
emblemata fi-
guris adscri-
pta.

Coenaculum
vitæ humanæ
theatrum.

Pinacotheca.

Exotica.

Musæum & bi-
bliotheca.

RUDOLPHIDOS

Docti delicias per mille volumina monstrant.
 Nam Deus atq; Dei vates ac iura professi
 Enthea: iustitiæ præses Themis edita celo;
 Pulcer & hic habitat medicæ pater artis Apollo.
 Res operosa alio foret orbe Helicon: vel altum
 Scandere Parnassû: bibere aut Aganippidas vndas.
 Hic sacer est Helicon, hic Pieria, hic Aganippe:
 Ausonis hic tellus, hic Græcia, Nilus & Hebrus:
 Tam spatio coniuncta breui quæ singula carmen
 Ore vetus solito repetunt, & pectora mulcent.

Historici. *Abdita cum primis superant hinc temporis acta
 Prisci: Mnemosynes ope tot servata per annos.
 Seu Romana iuvent, seu Graia; Tuiscone cretæ
 Vel veteres: culto quiuis hinc ore loquuntur.
 Nil Pelusiacos inter, vel Thracas & Indos:
 Sarmaticos inter populos, Hunnosq; vet omnes;
 Quos fouet hic orbis, fuit vlllo tempore gestum:
 Quod non hic liceat chartis, vel nosse relatu (res.
 Streiniada: hos oculos memor, has ego testor & au-
 Et lustrare viros datur hinc in imagine plures
 Artibus illustres: probrisue aut laude perennes.*

Virorum lite-
 ris illustrium
 imagines.

Libri manu
 scripti & anti-
 qua diploma-
 ta.

Io. Vlricus B.
 Starhembergicus.

*Ceras quid veteres: sacra vel diplomata regum?
 Scriptaue cõmemorem veterû monumeta librorû?
 Quæ mihi ni, Streini, tua perlustrare dedisset
 Gratia: non tragico gereret meus arma cothurno
 Ottocarus: magni aut caderet virtute Rudolphi:
 Primus vt Austriadas hoc seruat nomine Caesar:
 Iuuit & Vlricus claro me sanguine cretus
 Starhembergiades: præstans & Achacius ortu.*

Illo

Ille Losenstenides abauorum iura suorum:
 Ottocari & signata manu mihi credidit ora.
 Austriam Haselbachij commisit at ille petenti
 Beccius: extremas propè qui penetrauit in oras
 Artes complexus comites: quas Caesaris aula
 V sibus asseruit varijs toto impiger æuo.
 Iordani sed opus veteris monumenta Iuuauè
 Blotius exhibuit: me per libraria ducens
 Aonidum tempe diuo sacrata Rudolpho.
 Blotius his custos iam tot qui præsidet annos;
 Antiquæ penitus fidei, iurisq; sacerdos.
 Te sed Melpomene cantat duce: tu mihi venam,
 Præsidium Richarde sacrum; magnosq; canenti
 Suppeditas animos: meditaris & otia Musis.
 Solus ad augustū mihi tu, res magna, Rudolphum
 Es via, Mæcenæ: timidè tu ducis euntem:
 Te mihi sacra patent præeunte palatia vati.
 Puluere me saltem possim, curisq; leuare
 Continuis: mea cuncta Deo, Musisq; vouebo:
 Semideūmq; canam genus, Austriadasq; potentes. ✱
 Hanc ego per dextram iuro, Phœbumq; fauentem.
 Magnus id ô quoties olim Crato; summus & ille
 Sturmius optabant: vis dum mihi maior inesset.
 Nunc vigor ingenij languet: nunc sæpius artus
 Vror: & ante diem niuibus caput albet iniquis.
 O Mæcenatē mihi pridem fata dedissent.
 At non in sterilem modò fors me dura senectam
 Ingratos inter pueros operasq; Lycei
 Maceret: haud parcā studio, cedā mē labori;

Ge. Achacius
 B. Losenstei-
 nius.

Hieronymus
 Bek à Leopols-
 dorf.

Chto. Iordani
 Salisburgense.
 Casaræ bi-
 bliothecæ præ-
 fectus Hugo
 Blotius.

Streinius Ca-
lamini Mæce-
nas.

Io. Crato Cæsa
 reus Archiatr^o
 Io. Sturmīus
 Argentoratē-
 sis Academiæ
 Rector.

RVDOLPHIDOS

*Iudicio recolens iam dexteriore Camœnas.
Gressus tu dubios flectes, cursumq; fouebis
Librorum auxilio: placido & me numine duces.
Obuia nam paucis penitus tibi cognita noui:
Vfus inq; tuos vidi collecta, Richarde.*

Hic amor, hoc etenim studiũ tibi; facta potentũ

*Pictura Strei-
nij, illustria do-
mus Austria-
ca facta à Ru-
dolpho I. ad II.
vsque Rudol-
phum nostrũ
acutè subiiciẽs.
Theatrum hor-
ti historicorũ.
Duæ porticus.
Habsburgicæ
gentis Archi-
duces Austria
321 annis iam
tenentes.
Infer. porticus.
Austria sub
Pallade ex-
pressæ potẽtia.
Austr. insignia.
Prisca eius si-
gna.*

*Prouehere Austriadũ: librisq; & imagine ferre.
Tu precor, huc oculos saltẽm, mitissime Casar,
Flecte parũ: atq; animo cultum spatiatũ in hortũ
Streiniadæ ingenio natas percurrẽ figuras.
Non licet hĩc tantũ flores & carpere fructus:
Alcinoo quales & hyems & protulit aestas.
Tempora temporibus collata: illustria factis
Cernere facta licet: gemina hĩc quæ porticus offert.
Quicquid ter centum septenis iamq; ter annis
Semidei gessẽre tui; simulacra, Rudolphe,
Ingeniosa docent: vultusq; & symbola regum:
Signaq; cum scutis spatio inferiore fouentur.*

Austria nam medio Pallas sedet ardua vultu

*Montibus Europæ fictis: stat vertice crista
Pauonis speculum sacra terræ signa potentis.
Austriadũ quinas veterum fert pectus alaudas,
Dextra globũ gestans bisidum moderamine nixũ
Signat: se geminis dominari partibus orbis.*

*Europa. Namq; Europa suo prope dextram libera tauro
Insidet insigni: capite at turrita coronam
Sponte quirinalem lectæ dat ferre Mineruæ.*

*America. Virgineo ad leuam se subdit America vultu:
Sæpe, sed incassum tentata; subacta nec armis:
Parte tegit pennis nudos cui psittacus artus.*

Pazan

L I B E R.

Paſan hanc rubeo fera ſed vehit Indica tergo:

Ventriculo generans lapidem de nomine bezar:

Lapis bezar.

Quodlibet arcana arcentem virtute venenum:

Virus & hinc quæ certa fugant, bezardica dicunt.

Sed geminæ ad Diuam quæ ſtant vtringꝫ columna:

Mystica diuinis & ſigna loquentia formis:

Obeliſci hiero-
glyphicis in-
ſigniti.

Ales & Auſonidum bellator præſide Chriſto:

Imperium Auſtriadis ſpondent ſine fine futurum.

Auſtriacæ do-
mus ſtabilitas.

Fruſtra vos etenim picti poſt terga columnas

Funibus arreptas: ſub & his euertere magnos

Tenditis heroas: viget, æternumqꝫ vigebit: (des.

Nec vim, nec tacitas metuet domus Auſtria frau-

Impia gens Furijſ ardet: bene conſcia nunquam

Mens pauet: autorem dolus & plerunqꝫ requirit.

Cernimus Auſtriadē iuxta ceu quinqꝫ Mineruã

Decē Auſtriacę
domus impera-
tores ac reges
duo depicti.

Induperatores; his rex immiſtus & vnus

Imperium intrepidi foueant vtringꝫ locati.

Ad dextrã Habsburga primus de gēte Rudolphus

Rudolphus I.

Franciadum ſanguis regum tenet orbis habenas.

Ottocari premit hic ſtrati pede colla: Bohemum

Ottocari Bohe-
mi cædes.

Et tumidum regnis, periurum, bisqꝫ rebellem

Vltor tranſadigit; telluri affigit & haſta.

Parta nitent iuxta bis ſeptem Marte trophæa:

Trophæa Ru-
dolphi XIV.

Et bene terna monent reges hæc verba ſuperbos:

Discite iuſtitiam moniti: ſcelus omne ſeueri

Subſcriptio.

Exercent pœnis Superi: at pia facta rependunt.

Proximus huic natus iã lapſum Albertus Adol-

Albertus I.

Infelix bellum regni de iure mouentem; (phum,

Adolphi Cæſa-
ris interitus.

Enſem oculo intorquens rex fundit rure Nemetū.

RVDOLPHIDOS

- Duodec. Al. bertii victoriz. *Et bis sena videns sua pingi & facta referri;
Hoc fastum, alterius contemptum & regibus ore*
- Subscriptio. *Exprobrat, I, verbis virtutē illude superbis.*
- Frid. Pulc. Cæs. *Sed iam Fridricus dextram cognomine Pulcer
Boio coniungit Ludouico: & fœdera regni
Consortes inter sacra firmat epistola cera.
Inuidet Austriada sed mors hos tristis honores;
Mutua post regum multo cum sanguine bella.*
- Eius cum Cæs. Ludou. Bauaro pacificatio. *Et scepra Albertus tenuit qui terna secundus
Armis hîc signo populos victrice notatos*
- Albertus. II. *Ostendat geminos. Nam finibus ille Bohemi
Acer Sarmaticas excussit Marte phalangas:
Reppulit & celeri Thaboritas impete versos.*
- Res eius gestz. *En sed Lassoleum post dantem iura Bohemis;
Alberto hoc cretū: quanto truncum ille trophæum
Erigere hei nisu contendit: fata sed obstant
Perfida: vel patrios æquare vbi posset honores.*
- Ladislaus rex Bohemiz. *Coruus at hîc pedibus quinto sese implicat vncis
Romulidūm capiti: Friderico auellere nitens
Pileolum Austriadūm: rostróque auferre minaci
Ante omnes insigne ducum regale gerentum.
Ciuiica sed, vestit quæ ponè corona trophæum;
Hostibus auersis monstrat, natóq; recepto:
Composuisse armis Fridericum & legibus orbem.*
- Immaturus eius interitus. *Palladis ad leuum sed iam latus inclyt a regum
Facta referre iuuat formis, paulumq; morari.
En, vt fœmineo supplex procumbit amictu
Austria pileolo saltem sublimis; at armis
Pressa diu: dextra leuat hanc solatus: & agram
Maxi*
- Fri. IV. aliàs III Matt. Coruin⁹ rex Hungar. Pileus principum Austriac. Archiducalis. Friderici gesta. *Pressa diu: dextra leuat hanc solatus: & agram
Maxi*

L I B E R.

Maximus AEmylius regnis & honoribus auget.

Supplicis ecce pedes iuxta iam cernere coruum

Hic licet exanimem; signum post terga fugatos

Hunniadas: Albam euictam, Austriadasq; receptos

Exprimit. A leua septem vexilla sed hostes,

Designant alios intacto à Casare fusos:

Signifera hinc lauri vestitur fronde columna.

Marcus eam iuxta Leo victus Marte superbos

Regi submittit Venetos, & paret ouanti.

At sub ea abscisso Boius vomit ore cruorem

Penzenauerides: truncum iam Casare corpus

Eluso: inq; auras figit caput hasta pudendum.

Virgarum verò fasces & scripta rebelles (uos.

Verba monēt reuocare pedē: nec temenre Di-

Sed iam tergemino Hesperiae rex ore Philippus

Geryones sceptrum leuat hic; atq; insuper addit:

Ecce sub Austriacam rapitur quoque

Iberia terram.

Pontem ita Traianus Græcā infra Dacicus Albam

Inscripsit quondam: quæ, Streini, es verba secutus:

Ecce sub imperium rapitur quoq; ma-

ximus Ister.

Sed tua quis numeret iā bella, hoc crete Philippo

Carole? stans medius quæ inuoluis vtring; figuris:

Verbis res positis aperis sed ponē latentes.

Ad latus est dextrum septenas mole columnas

Cernere marmorea: dominum hæc; orbem expri-

mit illa.

Nempe quòd hic Victor sit Carolus orbis &

urbis.

Cesar

Coruini mors.

Hung. pfligati.

Alba Regalis à

Maxim. capta:

Austr. recepta.

Septem fusorū

hostiū vexilla.

Marc^o Leo Ve-

netus sub iugū

missus.

Penzenaueri

Bauari suppli-

cium.

Subscriptio.

Phil. Hisp. rex

Geryonis for-

ma depictus.

Subscriptio ad

eius imitatio-

nem: qua pons

Traiani infra

Albam Græcā

fuit inscriptus.

Ecce sub imperiū

& Danuuius ra-

pitur.

Carolus V.

Philippi F.

Rerū ab eo ge-

starū amplitu-

do.

Septē ad^l dex-

tram columnæ

depictæ.

RVDOLPHIDOS

Neapolis Gandaviū, Hispania, Mediolani dux & aliquot German. principes ac ciuitates in gratiam recepti.

Coniuratorū supplicia.

Padiglia truncatus.

Episc. Samorra suspensus.

Dura capta: Geldria subacta.

Tornacum receptum.

Tres Africani reges auxilium petentes, ac se dedentes.

Trophæa nouē à sinistro latere posita.

Res in Hispan. gesta.

Horrucius. caesus.

Rex Tremiseni restitutus.

Hariaden^o Barbarossa profligatus.

*Cesar ad hanc vrbi, qua se Campania iactat,
Parthenopæ ignoscit: Gandauis parcit ad illam
Supplicibus: domino se Sfortia subiugat illic
Dux Mediolani: ac populum submittit habenis.
Imperio sacras sub ea sed prospicis vrbes;
Germanosq; duces volui, & protendere dextras.
Prosequitur venia orantes, culpasq; remittit
Carolus: & patriam componi pace laborat.*

*Pyramis Hesperios notat hæc suprema rebelles,
Hoc erecta loco: tua quo domus eruta fundo est:*

*Coniurate iaces tu quando Padiglia truncus.
Hanc pendet iuxta sed fune leuatus in auras:*

*Dijs quondam Superis adolet qui thura Samorra.
Altior his verò quæ surgit ad æthera turris:*

Placatum Hispanis regem designat asylum.

*Iuliacis Duram campis, Geldrosq; subactos;
Cimbros seu veteres monet illa parte trophæum:*

*Neruij at hoc populi Tornacum Marte receptum.
En tres exacti Libyæ ceu finibus illic*

*Procumbunt reges: vt diui numen adorant
Cesaris: atq; humili sua dedunt pectore regna.*

*Ad latus à dextra sed læuum lumina transfer:
Et mecum lustrare nouem iam perge trophæa.*

Hæc tria de Libya victis sunt parta tyrannis.

*Efferus Hispanis cadit hic Horucius armis:
Ad cubitum manus est cui ferrea: sceptrarelatus
In sua rex verò Tremiseni pace quiescit.*

*Frater at hic cæsi trux Hariadenus opum vim
Præda conuectans vi raptis pellitur Afris.*

Arcem

L I B E R.

<i>Arcem sed Caesar perrumpit Marte Goletam:</i>	Expu. Goleta.
<i>Tuneto potitur regno Carthaginis olim:</i>	Tunetū captū.
<i>Eiectumq; solo Muleassem in regna reponit.</i>	Mul. restitut ^o .
<i>Quin bis sena virūm, septenaq; millia vinculis</i>	19000. captiuo-
<i>Eximit: abducta ac vitæ cum classe reseruat.</i>	rum liberata.
<i>En post ter quinas ibi messes edomat urbem:</i>	Vrbs Africa de-
<i>Nomine quæ Leptis quondam; nunc Africa fertur.</i>	uicta.
<i>Illud Casono signum duce Bistonas agris</i>	Turcic. Casonī
<i>Sparfos Austriadūm toto agmine fudit ad vnum:</i>	exercit ^o cōcis ^o .
<i>Vertere cum turmis Solymannum et terga coëgit.</i>	Solym. fugat ^o .
<i>Cæsaris hîc acies Romam caput orbis, & ipsum</i>	Roma capta.
<i>Angit pontificem: prædamq; auertit opimam.</i>	Pont. max. in
<i>Orbis at hoc signum nouus, & comes India diuo</i>	potest. redact ^o .
<i>Porrigit Austriada: victoris & audit habenas.</i>	Ind. capta no.
<i>Pizarrum hoc Indi noua tradit palma tyrannum.</i>	orbe subact ^o .
<i>Hoc iterū est Libycum Scythica de strage trophæū:</i>	Pizar. euictus.
<i>Delet vbi classes: Aphrodisij concutit arces:</i>	Ture. classis in
<i>Rex cū reliquijs versum et premit ense Traguthū.</i>	Africa deleta.
<i>Signa sed in nono bis cerne quaterna trophæo;</i>	Aphro. expug.
<i>De Gallis toties victis: rex numine regem</i>	Traguth ^o fus ^o .
<i>Respicit hîc placido Ticini ad mœnia captum.</i>	Galli nouies
<i>Bicagiam hîc iuxta Gallis manus Helueta cæsis</i>	victi.
<i>Concidit: hîc iterum consors arcetur ab oris</i>	Fran. R. captus.
<i>Ausonia: hîc Italam funduntur pone Rebeccam</i>	Gal. & Hel. fusi.
<i>Franciada: hîc Venetis sua stratis funera densant</i>	Hel. Gallorum
<i>Ad Mediolanum: stragem hîc cum rege Nauarræ:</i>	auxil. Ital. phi.
<i>Hîc ad Parthenopen: hîc cum ductore cruentam</i>	biti.
<i>Stroziada accipiunt cladem, victiq; recedunt.</i>	Cū Vene. victi.
<i>Deniq; pyramidas prope mœsto Gallia vultu</i>	Galli cæsi.
	Cum rege Na-
	uarræ superati.
	Ad Neap. strati.
	Cū Stroza fusi.
	Vndecim urb.
	Gal. subactæ.

Cum

RVDOLPHIDOS

*Cum sex quinq; suis amissas urbibus vrbes
 Ital. subiecta. Prospicit ac plangit: succumbit ibi Itala regi
 Tabor Tartaria R. seu regis
 Tellus Ausonio: pyra sed succensa tyrannum
 frater cremat⁹. Tartaria exurit: cinis & dispergitur aura.
 Hac tua sub mutis o diue latentia formis
 Carole facta satis iam sit tetigisse: celebret
 Quis satis: Iliadem nisi quis canere ausit Homerus?
 Ferdinand. orbis
 pacificator. Cesaris ad laeuam Cesar iam publica frater
 Fræna capit; pacis Fernandus diuitis autor.
 Lacteolo ad dextrã posita hinc stat fœmina vultu:
 Leta manus explet cui pleno copia cornu.
 Bohemia sedata. Ad latus hoc autem distractos lite Bohemos
 Sanguinea in priscum rex pace reducit honorem
 Hunniadum eiectus regno illic iure Ioannes
 Ioan. rege profligato Pannonia adquisita.
 Solym. Viëna reiectus. Visitur: & parent Fernando Pannonis arua.
 Ast ibi crudeli pulsam legione Viennam
 Deserit: ac duplici Solymannus clade fugatur.
 Gensiacis iterum prohibetur mœnibus hostis
 Iternm Gensio repulsus. Rege sub hoc Scythicus: Furijsq; erepta minisq;
 Auftr. & Hungaria defensa. Austria & Hunniada spolijs ac pace fruuntur.
 At genua amplexæ pater hic veniamq; roganti
 Genua in gratiam recepta. Placatur Genuæ facilis: patriamq; tuetur
 Communẽ auxilijs, Diuumq; propagat honorem.
 Maximilianus I. Reipub. cõseruator Maximus hoc alter sed nomine, maximus ipsis
 Rebus & AEmylius regit hac in imagine terras:
 Prouidus & clemens, nulli & virtute secundus.
 Hanc seruatori monumenta æterna columnam
 Grata suo statuit res leto publica vultu.
 Præpes Romulidum Iouis armiger explicat alas*

L I B E R

Hoc apici insistens pede : ciuicā at illeprehendens
 Porrigit AEmylio partam virtute coronam.
 Palma sed euictos ea Dacos parte rebelli
 Eripit hac domino : sed reddit Iazyga regno
 Sigmundam : vt veniā pressis reus accipit Hunnis.
 Cesar at hīc seuis Solymani opponitur armis:
 Belluæ & horrendas acies, rabiemq; retundit.
 Paucorum culpa sed plures illa nocentes
 Palma notat tacitè : imperio quæ vindice parta
 Vnius hei casum dolet in consortia tracti.
 Sic foris arma : domi prohibet sic bella : facesq;
 Excutit AEmylius : sua paci & regna reseruat.
 Sed iam diuino propè, sacratissime, vultu
 Patrem turadiaz iuxtā, Rudolphe, micantem:
 Proq; tui ingenio generis diuinitus equo,
 Clementi ac facili bellorum incendia sedas:
 Quā datur, & prudens pacatum protegis orbem.
 Asserere & Musis amor est sub pace magistris
 Hospitia : & dignos lauro vestire ministros.
 Thracas at in diros vltricia corripis arma
 Gente lacepsitus periura : limite fines
 Profers imperij : & Christi pro numine pugnas.
 Namq; tibi à dextra sex hoc religata trophæū:
 Quos Begos dicunt, ductorum corpora tradit.
 Fixa aliorum hastis capita illic sena leuantur
 Cæforum; erectis ora inter singula signis.
 Ad latus id læuum gemina est à strage relatum:
 Proxima quam terris æstas atq; edidit vndis.
 Bosniæ enim præses Siseggi pulsus in amnem;

Dacia subacta.
 Io. Sig. VVeiuoda Transyluanus in gratiam receptus.
 Solyman. repressus.

Saxo in potestate redactus.

Rudolphus I.

Iustus.

Clemens.

Prudens.

Studiorum patronus.

Patriæ defensor.

Sex Begi captiui.

Begi totidem capti.

Anni 1593. res insigniter gestæ:
 Bassa Bosnensis iuxta Siseggū
 Culpa fluuiō submersus cū equitatu;

DUX

RVDOLPHIDOS

Budensis ad Al
bā Regalē cœf⁹
cum peditatu.
Albæ suburbia
direpta & in-
censa.
Expugnata
Sabakium.

Fillekium.

Deditiōe acce-
pta, Dybynum
& Setschinum.
Degrelum iti-
dem cum alijs
septem castris.

Vniuersa pene
cistibiscana p-
uincia recepta.
Archidu. Aust.
Matthia ducto
re felix belli au-
spicium anno
hoc 94.
Nouigradū de
ditione acce-
ptum.

Vacia & alia
tria castra ab
ipsis Turcis in-
censa & deser-
ta.

Dux equitū ac toto mersus bibit agmine Culpam.
Funditur hinc peditum legio cum principe Buda:
Regalis longè & campis rubet Alba cruentis.
Mæsta sui exclusam sed partem mœnibus omnem
Diripi: & hostiles queritur considerare in ignes.
His alijs accedunt Scythica de gente triumphi.
Victum est Sabakium: ducibus nec quattuor actis
Sufficiunt vires nostras prohibere cateruas
Fillekio: arx versa præcepit vbi deditur vrbe.
Cogitur hinc nostris portas reserare Dybynum:
Colla q̄ seruitio Setschinum funera passum
Asserit: & Dregelum vim supplex ferre recusat.
Deniq̄ septem humiles alia se legibus arces
Rudolpho adiiciunt: postquam se viribus hostis
Vndiq̄ contractis pugnae subducit & agris.
Castra Getæ nec enim saltem formidine tradunt
Plumbi quassa globis: nunquã sed tacta relinquunt:
Hunnus & obliqui propè littus ad vsq̄ Tibisci
Extendit fines: & quondam erepta requirit.
Mars & mense suo, sol nona vbi luce refulget;
Auspicio hunc aperit felici belliger annum.
Dux hic Austriadū Matthias feruet in armis:
Altum sulfureis Nouigradumq̄ ignibus vrget.
Omnia momento videntur vt iaculentur eodem
Fulmineos tormenta globos? vt Bistones intus
Horrent semineces: ac pectore consternati
Per montē arrepunt: redimuntq̄ suam arce salutē:
Diffusus Vaciae flammæ ibi suscitatur hostis:
Et latere obiecto tria forti infesta Canisæ

Castra

L I B E R.

Castra cremat: cuncta & Vulcano eversa relinquit.

Plura sed his animo signis quoq; cerno trophaa:

Vltor ab infida referat quæ gente Rudolphus:

Plectet foedifraga Deus vt periuria dextra.

Vos modò vos Christi gaudentes nomine, vitam

Ponite securam, & fastum: sopite furentes

Bella domi reges: odiorum incendia tandem

Excutate: vnanimis atque arma indicite Turcis.

Nil temere sed adite, nec hostem spernite: damnis

Sauior acceptis furet: vt venabula cum iam

Sensit aper: dentes acuens magis ardet in hostem.

At vos cuncta rati superasse pericula: cauti

Aggere vestra domi, & validis includite muris.

Streinius autumnis bis denis nonne diebus

Fossa Freidekium & vallis muniuit acutis

Prompto hominũ studio? furiosa vbi mēte Sinamus

Finibus Austriadũ Bassa est extrema minatus.

Summo sed pietas sit pro munimine: puro

Tollite corde manus: & Christum exposcite votis:

Robur hic, & clypeus, nostrum est & solus asylum.

Porticus exedra sed in hac spatiosa Philippum

Extremæ dominum Hesperia septena gerentem

Signa fouet: domito quæ victor ab hoste recepit;

Cæsaris ingenio patris ad sublimia natus.

Induperatores verò hac & fornice reges

Pectus ad vsq; licet lustrare in imagine viuos:

Quos aquilæ, pedibus gestant & gryphes aduncis.

Symbola dein iuxta legere: extra cernere scuta

Sed suspensa datur: queis sint q; insignibus vsi.

K

Turca foedi-
fragus.

Pietas bellis
domi sublatis
necessaria.

Hostis nō con-
temnendus.

Domi q̄ sunt,
præmunienda.

Freidekium à
Streinio. xx.
dierum spatio
vallo & fossa
munitum.

Philip. II. Hisp.
rex.

Septem rerum
ab eo gestarũ
trophaa.

Fornix porticũ.

Pectorales im-
peratorũ ac re-
gum imagines.

Eorundẽ Sym-
bola.

Singulorũ scu-
ta.

RVDOLPHIDOS

Altera portic⁹
contignatio.

Parte sed ex visa licet inferiore figuris
Nunc inferre oculos: quas contignatio præbet
Altera: & Austriadas depingit acuta potentes.

Imperialis a-
quila.

Austriaca signa
gerens.

Germ. puincie
ad domū Aust.
pertinentes.

Hispania.
Insignia prin-
cip. & Comitū
in Germ.

In Hispan. Nea-
pol. regno, Si-
cil. & Sardinia.

Archiepiscopo
rū & episcopo-
rum.

Urbium metro-
politanarū pi-
ctura.

Turris histori-
ca.

Cuiusuis regio-
nis habit⁹ viri-
lis ac muliebris

Præcipua re-
gnorū & pro-
uinc. flumina.

Ocean⁹ deni-
que.

Picturarū om-
niū & carminis
finis, Austriacæ
domus celebra-
tio.

Romana hîc medio tabulati pectore præpes

Austriadum arma fouet: ditiones ponè locantur:

Subdita queis suprâ Germania gaudet & infrâ.

Parte sed opposita signis dominantur Iberi

Pluribus: Austriacis & iungunt omnia sceptris.

Arma ducū paries, Comitumq₃ erectus ad hortū:

Inclyta quos bello peperit Germania, monstrat.

At quos Sardinia, & Siculi, vel seuit Iberi,

Regnū & Parthenopes: ad campos ductus adūbrat.

Qui restat geminus; sanctos libamine patres

Sub Dijs Austriadum, redimitos temporavittis:

Insula & insignes positis locat ordine signis.

Hinc vrbs, quæ princeps regioni est cuiq₃; fenestras

Inter & has supra tabulis impressa superbit.

Ne graue sit iā paulū oculis conscendere turrim:

Et cuiusq₃ habitus spectare & gentis amictus.

Iure hanc ridebis: cultu sectaberis illam

Fœmina virq₃ pari: & morum discrimina disces,

Nobilia caput supra sed flumina cernes

Europa simul atq₃ Indi manare per oras:

Stantis & Oceani vastos mirabere tractus.

Omnia semideos quæ iam numerata potentes

Austriadum agnoscunt: & honorāt numina votis.

Hunc labor hic etiam finem contendit ad vnum:

Streiniadæ ingenio varia sub imagine viuens:

Vt suus Austriadis sit honos, & laude vehantur.

Hic

L I B E R.

Hic quoq̄ deducti per formas carminis orsus;
Terminus estq̄ mei: quantum est in paupere vena:
Ut tua, diue Pater, celebrentur sancta, Rudolpho
Numina: & æternis tua viuat gloria fastis.

A pictis animum sed iam reuocare figuris:
Et iuuat ingenij reliquos pensare labores.
Non etenim patitur te Musa quiescere, Streini.
Nec satis est, culto te prisca volumine quondam
Stemmata Romulidum luci sacrasse perenni.
Gentes iam patriæ meditari crederis ortu
Insignes: veterumq̄ notas & nomina ferre.
Ipse strues vidi chartarum indagine lectas
Longa, difficili sumptu, infandoq̄ labore.
Mersos sic tenebris multos reuocabis in auras:
Et prius obscuros: lucemq̄ illustribus addes.
Et sic ingenio tu morte potentior ipsa es.

Forſan & Auſonidum reges; quos Austria seclum
Edidit in quartum, capita orbis summa reduces.

Sed pendent curis opera interrupta molestis:
Quas geris Austriadum diuo pro sanguine præses
Consilijs: varias & fers legatus in oras.

Et sic pro patria; magno & pro Cesare vires
Corporis, ac vitam, sumptus impendis & ipsos.
O meliora tuis faueant tamen otia captis.

Liberiora sacrae nam Musæ corda requirunt:
Secessumq̄ petunt, & amica silentia poscunt.

Hei sed iniqua meas remoratur multa Camenas.
Namq̄ vbi Musa suam posuit mea numine sedem
Præsides: parua operas hic in testudine subtus

Romanorum
stemmata R.
Streinij opus.
Austriacorum
stemmata eiusdem
Streinij
volumina.

Cæsarum Au-
striaca domo
fatorum vitæ.

Streinij officia
& labores.

Poëticū auto-
ris Musæum.

RVDOLPHIDOS

Serenis. Au-
striae Archidu-
cis Matthiae fa-
ber.

Operę fabriles.

Dispar Vulcani
cum Musis cõ-
iunctio.

Autoris habi-
tatio moneta-
ria quondam
officina.

Officina fabri-
lis.

Ingens numif-
matum vetu-
storũ aceruus.

Principis iste tui faber annos perficit octo.
Incolit & partem, mihi quę sit habenda, penatũ;
Nescio quo poscens id iure: nec inde lucelli
Quid redit ad socrũ: hos grandi quę condidit ære.
Follibus ille actis spirantes suscitatur auras:
Horrissonum vasta ferrum fornace liquatum
Forcipe comprehendit: massamq; incude reponit.
Æs cum tinnitu nunc hic, nunc concutit ille:
Fortiũs hinc feriunt, triplicataq; verbera miscent.
Massa bibit stridens, & aquis immersa susurrat.
Obstruit offenso mox aures Musa cerebro:
Mallei & è digitis calamum (nil fingo) labantem
Excutiunt: mensa tremit & trepidante papyrus:
Ac rimis passim domus ictu quassa fatiscit.

Omnes proh Superos: quę sint commertia Musis
Cum truce Vulcano? ferrum dum cudit hic infrà:
Suprà ego vim passus, numerisq; in carmine vulsis
Tristis & indignans mediter sine labe poemã?
Verũm tu Sterope, niger & tu fronte Pyracmon
Vos agite hinc: Musis & digno cedite Phæbo.

Hac domus, hinc locus est, argenti auriq; talenta
Sunt vbi cusa manu: res cũ stetit Austria quondã:
Et procul hinc sæui trux esset bellua Thracis.

At nunc cornipedum soleas quod formet equorum
Mulciber hinc ferro, mutata sorte; dolendum est.
Aurea fulserunt quondam: nunc ferrea strident
Secula: prisca docet monumẽta, & nostra q; ætas.

A Musis oculos namq; huc flectamus ad auri;
Æris, & argenti positos longo ordine numos.

Indupe-

L I B E R.

Induperatorum vultus, regumq; ducumq;
Noscere qui sat agunt; veram & lustrare monetã:
Hic monstrẽt varias antiqua numismata formas:
Et tanto numero: lux quæ vix vna pererret.

Hic rex Isacidum; quo non sapientior auras
Iuit in ætherias; Salomon rutilo ardet in auro.

Salomõ Israe-
litarum rex.

Priscus & hic Gothico rubet arcu numus, Erasmi

Georg. Erasmi.
B. Schuuan-
bergij numus
aureus à fame-
lico Bohemo
inuentus.

Donum Cygnoridæ: miseri ad lamenta coloni

Qui terra exiluit; quassit quam fortè securis:

Quando fames vsit inopes malefida Bohemos.

Sed longum numerare foret rarissima visu.

Indica quid referam, & miris Nilotica formis:

Orbis & occiduis, vel quæ plaga seuit Eoa?

Alia monu-
menta visu
rara.

Horrendum hic visu basiliscum in imagine cerno:

Basilisc^o pict^o.

Corpore quem vero poscenti dona Rudolpho

Misisti rerum domino mitiq; catoq;

Verus Basili-
scus imperato-
ri donatus.

Cristato haud similis; lucem qui nunciat ales:

Vulgi qualem oculis pictorum subiicit error:

Sit licet ille bipes; viridi neq; corpore maior.

Nã caput & collũ salamandræ et cauda nigrantis:

Corpus sed medium squamis horrere videtur.

Monstrũ quid referam fulgẽs Erymanthidos vrse:

Monstrorũ ma-
gnitudinis vr-
sus.

Aequantis taurum: nisi tauro vastior esset?

Et varijs quæ plura locis ego mira notavi.

Inde tuis fessus studijs petis abdita nuptæ

Coniugis con-
clauc.

Limina dulciculæ; cara cum prole sedentis:

Huius & è roseo sitiens bibis ore leuamen.

Arridet soboles lepido generosa parenti;

Fingentiq; iocos: digitis & mollibus ora

Liberi Streinif-
tenelli.

RVDOLPHIDOS

Demulcet: barbam pectit: tenerisq; prehensum
 Brachiolis blandè premit: ac tibi basia figit.
 Non vitæ tibi delicia pia pignora lætas
 Eliciant lacrymas? molles ceu matris ocelli
 Rore madent pluuio? generant & gaudia fletum.

Pharmacothe-
 cion coniugis
 instructis.

Hinc te lacteolis vxor complexa lacertis
 Peonias ad opes noua per penetralia ducit:
 Ad quarum stupeat numerum Panacea vel ipsa.
 Hic magni succos precij, suauesq; sapores
 Miscet odoriferis: tristesq; cauentia morbos
 Porrigit: ac fida vitam tibi mente propinat:
 Omnia depromens & operta medetur egenis.

Suaue coniu-
 gium.

Scilicet atheria sunt hæc præludia vitæ:
 Alter in alterius cum totus amore quiescit:
 Te regina pio turtur ceu compare gestit.

Vxor mala her-
 ba, mariti pur-
 gatorium.

At quem dira domi truce mordet dente Megera:
 Expiat hei longo culpas vel viuus Auerno.
 Sed tamen & concors nonnunquam tristia lectus
 Sustinet: ac dulces quis miscet amaror amores.

Vuolfg. Richar-
 di filij obitus.

Aspice singultu pia ceu præcordia pulset
 Mater: & abreptū gemat atra morte Richardum;
 Patris delicias: tetigit qui limina primus
 Aonia: & patriæ virtutis imagine fulsit.
 At sic blanda rapit: ramos sic flore comantes:
 Heroum pingues ac lethum vellit oliuas:
 Degener ast lætas oleaster surgit in auras.

Vuolfg. Henri-
 ci filij mors.
 Filius huius no-
 minis supstes.

Sic tibi Vuolfgangum pridem Libitina virentem
 Sustulit Henricum; solerti inimica iuuenta.
 Nominis ast huius puerum: & diuina Ioannem

Dextera

*Dextera Vuolfartum, duo vobis sidera seruet.
Cumq; Polyxena vos Barbara maior Elisa
Recreet: vt natae thalami te quinq; prioris
Dilecta exhilarant mellitis pignora dictis.*

*En socer vt lato iuxta Tschernemblus ore
Conspiciat decies ternos sua fulcra nepotes:
Tres modo quos natae, sed filius edidit unus.
Obsecro, quem reliqui septem, tres deniq; natae
Producent numerum socij post foedera lecti?
Cernis &, vt socerum circa discrimine morbi
Ac letho ereptum nati glomerentur ouantes.
Ecce Georgus amans pietatis Erasmus, & artes
Mente gerens varias patri summissus vt adstet:
Alloquio hunc pascat, nutusq; obseruet ad omnes.
Huius at o saltem fortuna aliquanta, Richarde,
Pars tibi contingat: siquidem rarissima nostro
Res hoc est aeo, totidem numerare nepotes.*

*O ceu Schönekium lymphæ fons perpete castrū
Irrigat: atq; vomunt stagnum posita arte canales:
Membra soporifero irrorant & fessa susurro.
Mellea flexanima coniunx ita nectare lingua
Pectora conspergat tua curis mille fugatis.*

*Vt quoq; Freidekij positus viret hortus ad Austrū;
Bis quater in campos dissectus: diues & herbis:
Floribus & pictus diuinos spirat odores.
Natis haud aliter genialis floreat hortus
Coniugij: at sobolis flos haud sit morte caducus.*

*Optat id Eiringus: viduo cui nuper Elisam
Iunxisti sociam: Vuincklerus & expetit: vrbes*

Io. Vuolfartus
filius.
Filiolæ.

5. ex priorē cō
iugio filiæ:

Io. Tschernem
blus B. Socer.
Filiab⁹ ex trib⁹
& filio Soceri
xxx nepotes.
7. eius filij ad-
huc cælibes. Fi-
liæ tres virgi-
nes.

Georg. Eras-
mus Tschern-
nemblus. f.

Schönekium
Streinij castrū.

Hortus Strei-
nij Freidekian-
nus.

Zach. Eiring.
Matth. Vuin-
ckler.

RVDOLPHIDOS

Mart. Millenarius.
Zach. Bonstingl.

Quorum hic: ille foro procerum secreta tuetur.

Exposcit votis quoq; Millenarius: imo

Cordis & assensu Bonstinglius ille precatur.

Quorum hic Austriada regum de sanguine creti

Matthia: procerum thesauros ille ministrat.

Omnes Freidekium qui mecum nobile lustrant:

Adsciti alloquio, & mensa, vinoq; rigati:

Sole renascentis feruent vbi brachia cancri.

Pro te cum primis sed mecum, diue Rudolphe;

Proq; tuo imperio, augusta & pro gente lehoue

Streinius ore preces litat: ac pia quisq; bonorum

Vota facit. medijs lux vocibus orta refulget:

Annuit vnanimis & Diuum gratia votis.

FINIS.

ARGENTORATI:

per

IOSIAM RIHELIVM.

Q 1783

ULB Halle 3
003 007 294



vj. 8332.


un. essent

Bocha

Germani







Farbkarte #13

B.I.G.

RVDOLPHOTTOCARVS:

AVSTRIACA

TRAGOEDIA NOVA; RVDOLPHI. HABSBERGI
SECVLVM ET RES GESTAS
continens: adiunctis notis
historicis.

RVDOLPHIDOS
LIBER:

RES AVSTRIADVM A RVDOLPHO I. AD II. VSQVE
nostrum: pictura Streinofreidekiana subijciens.

AVTORE
GEORGIO CALAMINO
Silesio,

1910 5 200

ANNO M. D. XCIV.